DE

INFANTIVM BAPTISMO, CONTRA IOANNEM Caluinum, ac de operibus supererogationis, & merito mortis Christi, aduersus eundem Caluinum, & eius discipulos.

412

Autore Richardo Smythæo Anglo, Sacræ Theologiæ Professore.

Omnia iudicio catholicæ ecclesiæ, illius supremi sub Christo capitis, R. Pontificis submissa sunto.

LOVANII
Apud Ioannem Bogardum, Sub Biblijs Aureis. Anno 1562.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

PRIVILEGIVM.

CAutum est Regiæ Maiest. Priuilegio, ne quis quatuor proximis annis prẹter Ioannem Bogardum Imprimat, nec alibi impressos distrahat libellum De baptismo infantium, aduersus Ioãnem Caluinum. Autore Richardo Smythæo, Anglo, sub pœna in Priuilegio contenta.

Datum Bruxellæ, Anno 1562. 3. Febr.

Subsig.

Faacuwes.

ulf
11 - 23.
4

VIRO
ERVDITISSIMO,
SIMVL ET INTEGERRIMO,
GVILIELMO A PICTAVIA, PRAEfecto Furnenſi, & archidiacono Campaniæ, in eccleſia Leodienſi, præſuli Morinenſi deſignato, Ricardus Smythæus, Britannus, ſacræ Theologiæ doctor, precatur gratiam, & pacem.

VVM nuperrimè prælo commiſiſſem, vir ornatiſsime, tres exiguos libros, quibus ſacroſanctũ miſſæ ſacrificium, externum Chriſti ſacerdotium, & ſacra eiuſdem altaria, aduerſus ſectariorum impia dogmata defendũtur, atque ſupereſſet adhuc quartus, quem vna cum illis, vt pariter in vnum volumen compingerentur, cõſtitui quoque dare calcographo excudendum, diu apud me ipſum tacitus cogitaui, cui illum nuncuparem. Quod vbi mecũ paulò accuratius expẽdiſſem, cum multi, viri præclari in mentẽ veniſſent mihi, quorum

cuique illum nõ illibenter dedicaſſem, tibi tamen, præfecte perquam docte, & pie, vt eum non cæterorum, qui mihi tum in mentẽ veniebant, vlli, dicarem, mihi nonnulla perſuaſerunt. Perſuaſit etenim eruditio tuæ amplitudinis, archidiacone eximie, haud vulgaris. Perſuaſerunt idem mihi, aliæ haud parum multæ animi tui dotes præclaræ, comitas, affabilitas, rara propenſio erga viros doctos, benignitas, beneficẽtia in pauperes, ac vt ſummatim dicam, abſoluta omnibus numeris, mentis tuæ candidiſsimę probitas. Hęc, inquam, aliaq; haud diſsimilia, inſignia Dei munera, quæ ore prope omniũ depredicantur, non ſine encomiis ſummis, tuæ dominationi inhæreſcere, mihi in mentẽ induxerũt, vir peritiſsime, vti hunc meũ exilem libellum tuæ celſitudini præclaræ nuncuparem, vt eius nominis fœlici auſpicio fœlicius prodeat in lucem, ac hinc auidius, quoq; & lubentius à cæleſtis

leſtis philoſophiæ candidatis ematur, ac legatur. Quem meum ſudorem, atq; iſtius libelli dedicationẽ, vt boni conſulat, eximia tua amplitudo, eam ſemel atq; iterum enixiſsime, oro, rogo, obſecro. Nec velit hanc meam audaciam, quod nihil reformidarem, cum prorſus illi eſſem ignotus, libellum paruum, eundemq;, nec vllis venuſtioris dictionis exornatum floſculis, nec multum complectentem doctrinæ, quæ poſſet viro tam erudito quidquam prodeſſe, tam temere, ac inconſultè dicare. Quæ ſi tua celſitudo facere (facturam autem, qua eſt æquabilitate, nihil ambigo) haud detrectarit, mihi, homini exuli, religionis chriſtianę ergô, ac pauperi, rẽ faciet non minus gratam, quam quæ ſit, nõ vno nomine, gratiſsima, addetq; mihi calcar haud obtuſum, ad quiddã illuſtrius, doctius, & tãto viro dignius, eidem breui nuncupandum, licet nec quæ hic exhibet libellus, ſint penitus

contemnēda. Complectitur nam q; refutationē, vt cōpendiariam, ita perſpicuam, & ſi tam eruditam, quam & ipſe cuperē, & res ipſa expoſtulāt, de quibus hic differo, hæreſeon triū cū primis exitialiū, Ioānis Caluini, & eorū qui eaſdē aut rutātur, aut ſequuntur, nō ſine luculento diſcrimine ſuarū animarū. Quarū prima eſt, infantes chriſtianorū cōiugū, eſſe filios dei, ac liberos à peccato originali, antequā naſcantur, ac proinde eſſe perinde ſeruādos, ſi moriātur, priuſquā edantur in lucē, ac ſi nati, baptizati fuerint. Quæ hæreſis, vt eſt recenter noſtra ætate excitata, ſic ea eſt pernitioſa, vt infra docebitur. Secūda eſt, tātum abeſſe, vt vlla ſint opera ſupererogationis deo plauſibilia, vt nihil illi operis exiſtat prorſus gratū, quod idē nō ſit ab eo mādatū, imō vt omnia id genus opera ſint cultus inutiles, peccata, ac contraria legi diuinæ, quemadmodum non modo Ioan. Caluinus hæreſiarcha, ſed Muſcu-

Tres hæreſeon cō futationē, libellus hic exhibet pio lectori.

lus quoq;, Bullingerus, Petrus Martyr, Brentius, Melãchthon, Ioan. Knoxus, Scotus, Ioannes Iuellus, Pilkintonus Angli, & eiuſdem factionis alii complures imperitè, & impiè admodum tuentur. Atqui illorum inſcitiam in lucẽ hic prodet libellus, vt ea illis ob oculos poſita, extimulentur, quo redeãt ad mentem ſaniorem, ne diſpereant æternũ. Tertia hæreſis eſt execrãda in Chriſtum, noſtrũ ſeruatorẽ, blaſphemia & horrenda, nimirum illum ſua corporea morte, quã ſubactus in crucẽ oppetiit, nos non redemiſſe, ſed animam eius ſacratiſsimam (horreo dicere, pie lector) barathrum adiiſſe, ac ibi vna cum ipſis damnatis gehennæ pœnas exoluiſſe. O inſaniſsimum hominem. O hominem ipſorum cacodęmonũ principe, Satana, exagitatum, & occæcatum. Quis poteſt ſatis demirari illorum dementiam, qui hominem, tam amotæ mentis, imitantur? Ecquid

Knoxus.

Blaſphemia Ioan. Caluini et hæreſis.

enim dici quidquam à quoquã temere poteſt, quod magis abhorreat à ſacro Dei verbo, ſeu Chriſtum ipſum maiori afficiat probro? Nam quod ad Dei verbum attinet, neminem, qui in eius ſtudio, vel mediocriter exiſtit verſatus, latere queat, Chriſtum morte ſua, ac
Ephes.1. ſui ſanguinis in cruce effuſione, genus mortalium abundè, ſuperque redemiſ-
Eſa.53. ſe. Nã Eſaias aſtruit nos ſanatos fuiſſe liuore eius, ac Paulus Deum patrem il-
Rom.3. lum propoſuiſſe propitiatorem per fi-
Ephes.1. dem in ſanguine eius, nos in eo habere redemptionem per ſanguinem illius, eum omnia, quæ in cælo, & in terra pacificaſſe per ſanguinem crucis eius. Io-
1.Ioan.1. annes quoq; autor eſt, ſanguinem illius
Apocal.1. nos enundare ab omni peccato, & lauiſſe nos à peccatis noſtris ſuo ſangui-
1.Pet.1. ne. Ad hæc, Petrus ait illum nos redemiſſe ſuo ſanguine. Eodem ſpectant, quod Paulus teſtificetur eum ſe humiliaſſe, ac patri obediſſe vſque ad mortem

tem crucis,ac propterea ab eo exaltatũ fuiſſe,per mortem deſtruxiſſe autorem mortis, noui teſtamenti fuiſſe mediatorem,vt morte eius intercedẽte, in redemptionem earũ præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſsionem accipiant, qui vocati ſunt,æternæ hæreditatis,& ſanguinem eius noſtram enundaſſe conſcientiam ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti. At quo feror? Quare fundo verba incaſſum? Cur in re tam luculenta aſſerẽda, tam ſum multus, tamq; multum inſumo laboris? An nõ enim vel ſemel recenſuiſſe hæreſim, tam nefandam, & execrandam, ſat refutaſſe eſſet? Quis itaque illorum non vehementer defleat ac deploret exitium, qui iſtius cæci hominis maleſana,& vaniſsima amplectuntur dogmata, quibus ſibiipſis æterna gehennæ accerſunt tormenta,niſi maturè reſipiſcent? Atq; ne ſim tibi, vir optime, faſtidio proli-

Philip.2. Hebr.2. Hebr.9.

xiore epiſtola, ſemel atq; iterum, quam poſſum obnixiſsime, adhortor candidum lectorẽ, vt ſanctiſsimum Papam, pium quartum, nõ tam nomine, quàm re pium, vti acta eius docent, ſedulo velit ſuis precationibus Deo commẽdare, vt quæ ſanctè, ac piè ad ædificationẽ catholicæ Chriſti Eccleſiæ, cui præeſt, autore Chriſto, inſtituit, atque exorſus eſt, eadem non minus ſanctè, ac piè abſoluat, quo hæreſes in vniuerſum omnes breui cõſopiantur, ac hominũ improbi mores corrigantur. Deinde obſecro, vt poſtulet ille ſuis precationibus à Deo Opt. Max. vti ſynodo Tridentinæ, afflatu diuini numinis, cœptę, fœlix ſit progreſſus, ac fœlicior exitus. Poſtremò, ſi idem non grauabitur, Ferdinando, imperatori ſemper auguſto, principũ, vt illuſtriſsimo, ita catholiciſsimo, Philippo, regi Hiſpaniarum etc. regum facilè præclariſsimo, & fidei chriſtianæ acerrimo propugnatori, ac

Pius 4. Papa.

Caro-

Carolo eius filio, optimæ ſpei & indolis fœliciſsimæ iuueni, diuturnam fœlicitatem, atque incolumitatem à Deo votis ardentibus petierit, rem faciet, nihil addubito, cum reipublicę chriſtianę vtilem in primis, tum Deo ipſi gratiſsimam, vt qui ſunt religionis germanæ, qua ille à nobis colitur, veluti quædam columina, fulcra, & fulcimẽta, ſtabilia, ac immota. Quare hic finem imponam epiſtolæ huic, orãs te, archidiacone optime, & quemuis pium lectorem, vt ſi quid videbitur in hoc, aut in aliis meis libellis, vel latum (vt dicitur) digitum à veritate abhorrere, me illius cãdide admoneatis, quo id corrigatur, in laudem Dei, cui ſit gloria & imperium in æuum.

DE BA-

xiore epiſtola, ſemel atq; iterum, quam poſſum obnixiſsime, adhortor candidum lectorẽ, vt ſanctiſsimum Papam, pium quartum, nõ tam nomine, quàm re pium, vti acta eius docent, ſedulo velit ſuis precationibus Deo commẽdare, vt quæ ſanctè, ac piè ad ædificationẽ catholicæ Chriſti Eccleſiæ, cui præeſt, autore Chriſto, inſtituit, atque exorſus eſt, eadem non minus ſanctè, ac piè abſoluat, quo hæreſes in vniuerſum omnes breui cõſopiantur, ac hominũ improbi mores corrigantur. Deinde obſecro, vt poſtulet ille ſuis precationibus à Deo Opt. Max. vti ſynodo Tridentinæ, afflatu diuini numinis, cœptę, fœlix ſit progreſſus, ac fœlicior exitus. Poſtremò, ſi idem non grauabitur, Ferdinando, imperatori ſemper auguſto, principũ, vt illuſtriſsimo, ita catholiciſsimo, Philippo, regi Hiſpaniarum etc. regum facilè præclariſsimo, & fidei chriſtianæ acerrimo propugnatori, ac

Pius 4. Papa.

Caro-

Carolo eius filio, optimæ ſpei & indolis fœliciſsimæ iuueni, diuturnam fœlicitatem, atque incolumitatem à Deo votis ardentibus petierit, rem faciet, nihil addubito, cum reipublicę chriſtianę vtilem in primis, tum Deo ipſi gratiſsimam, vt qui ſunt religionis germanæ, qua ille à nobis colitur, veluti quædam columina, fulcra, & fulcimẽta, ſtabilia, ac immota. Quare hic finem imponam epiſtolæ huic, orãs te, archidiacone optime, & quemuis pium lectorem, vt ſi quid videbitur in hoc, aut in aliis meis libellis, vel latum (vt dicitur) digitum à veritate abhorrere, me illius cãdide admoneatis, quo id corrigatur, in laudem Dei, cui ſit gloria & imperium in æuum.

DE BA-

DE BAPTISMO INFANTIVM, OPERIBVS SVPEREROGAtionis, & merito mortis Christi, aduersus Ioannem Caluinum.

EFVTATVRO, lector, crassam, & exitiosam Zuinglij, Bullingeri, Ioannis Caluini, P. Martyris & similium, hallucinationem de infantium baptismate, qua asserunt eos iustificari, fieri dei filios, imbui spiritu sancto, ante baptisma, imò antequã ędantur in lucem, per Dei promissionem, operæprecium visum est mihi, primum ostendere infantes nasci peccato originali obnoxios, quãdoquidem id isti inficiãtur ipsum Pelagium veterem hæreticum imitantes. Dauid proinde contra illos sic pugnat, iuxta diui Hieronymi versionem. Ecce in iniquitate conceptus sum, & in peccato concepit * me mater mea. Quod Paulus longè illustrius, & accuratius docuit, inquiens. Sicut per vnum hominẽ peccatum intrauit in hunc mundum, et per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo (scilicet vno homine, Adã, vel in quo eius peccato) omnes peccauerunt. Sic enim August. eum locum explicat, lib. 1. cap. 10. de peccatorum meritis, & remissione, & To. 7. lib. 4. cap. 4. contra duas epist. Pelagi. Regnauit mors (ait Paulus) ab Adam vsq; ad Moysen, etiam in eos, qui nõ peccauerunt in similitudine prævaricationis Adæ. Hoc est, in paruulos

Zuinglius cõtra Balthazarẽ, & in elẽcho cõtra Anabaptistas, & Bullingerus in Act. 10.

Psal. 50.

* Alias peperit

Rom. 5.

uulos (vt inquit Auguſt.) qui propria voluntate non peccauerunt, vt Adam, ſed ex eo contraxerunt peccatum, quod ideo originale dicitur. At Paulus addit: per vnius delictum in omnes homines in condemnationē. Quo & infantes complectitur, quemadmodum, cum ait. Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri, hoc eſt, naturali propagatione, Pſal. 50. vel originaliter, vt Auguſt. exponit id. Qui habet & hęc. In quo omnes peccauerunt, propagatione, non imitatione, & origine, non exemplo. Vnde peccatum naſcēdo trahitur, quod non niſi renaſcēdo ſoluitur. Auguſt. lib. 2. contra Petiliani literas, & lib. 20. cap. 26. de ciuitate Dei, vtitur & illo Iob 25. Nemo mūdus à ſorde in conſpectu tuo, nec infans, cuius vita vnius eſt diei ſuper terram. To. 10. ſerm. 29. de verbis apoſtoli. Vide eum cap. 37. in Enchir. Item cap. 43. 46. 52. ac videbis vel luce (vt habet adagium) clarius, doctrinam Ioannis Caluini hac in re, toto cœlo, totaque terra (vt protrita vtar ſententia) diſſidere ab ea fide, quam S. docebat Auguſt. vir poſt apoſtolos, in theologia nemini prorſus ſecundus. Adde his, quod ſi infantes per Dei promiſsionem mundi ſunt, à peccati originalis macula, ante baptiſmum, vt Ioannes Caluinus, Bullingerus, & Petrus Martyr aſtruunt, quorſum ſpectaret illud Chriſti? Quod natum eſt ex carne, caro eſt? Quorſum item tunc dixiſſet idem, neminem, niſi ex aqua & ſpiritu ſancto renatum, ingreſſurum eſſe regnum cælorum? At Ioannes Caluinus in appendice contra Interim, conatur eum contextū eludere dicens. Totam

Lib. 1. c. 11 de peccatorū meritis etc.

Ephes. 2.

Lib. 2. ca. 10. de peccatorum meritis, etc.

Ioan. 3.

ferè

ferè illam contionem allegoricam esse constat.
O tergiuersator insignis. Nulla sit ibi mentio baptismi. Aqua enim spiritus vocatur, quia vim, officiúmq; aquæ habeat.
Mentiris splendide, o bone. Et quidam ex veteribus, aquam interpretantur carnis mortificationem. Hæc ille, contra multos alios scripturæ locos, & omnium veterum interpretationem. Ait enim euangelium de Christo. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Hic est,
Matth. 3. *Luc. 3.* *Mar. vlt.* qui baptizat in spiritu. Quid est hic baptizare, obsecro te (Caluine) nisi aqua tingere, et hinc salutem, ac spiritum sanctum conferre tincto? Petrus quoq; aiebat: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum, in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum etc. Insuper Ananias Paulo dixit. Surge, baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipsius. Quorsum hæc,
Act. 2. *Act. 22.* si ante baptisma esset homo quiuis per Dei promissionem iustificatus? Cur tunc dixisset Paulus nos inseri in Christum per baptismum, ac in eo
Rom. 6. mori peccato? An non idem testatur nos per ablutionem sanctificari, & iustificari? An non &
Homo iustificatur per bapt. Christum asserit sanctificare ecclesiam suã, mundantem eam per lauacrum aquæ in verbo vitæ?
1. Cor. 6. *Ephes. 5.* Idem testatur nos, dum baptizamur, induere
Galat. 3. Christum, & te, non pudet, Caluine, tueri infantes, nondum natos, induere Christum? Quæ est hæc tua impudentia? Quæ ignorantia? Paulus quoque ait nos regenerari, & renasci in baptismo, ac Deum nos per illum saluare, quemadmodum Petrus testificatur baptisma ipsum nos
Tit. 3. *1. Pet. 3.* seruare. Quam crassus est itaque vester error, imò

quam

quam funeſta eſt veſtra hæreſis, qui vt ſola fide hominem iuſtificari, ac cõſequi ſalutem ęternam defendatis, parum admodum tribuitis baptiſmo, quem ſignum, & teſſaram dumtaxat iuſtificationis humanæ & ſalutis facitis, nec remitti per eum peccata, aſtruitis? At pręſtat audire, quid veteres patres, viri, & optimi, & doctiſsimi, hac de re ſenſerunt, quo omnes clarè videant, quanta arrogantia, & inſcitia ducitur, Caluinus, qui eorum omnium contemptis, & reiectis ſententijs, ſomnia imitatur ſua, eaque vaniſsima, & illa conatur alios docere. Auguſtinus ergo ſic ſcripſit. Nos dicimus aliter infantes ſalutem, & vitam æternam nõ habituros, niſi baptizentur in Chriſto etc. Item ait ille Tom. 10. ſerm. 14. de verbis apoſtoli. Paruulus, nõ baptizatus pergit in damnationem. Apoſtoli enim verba ſunt. Ex vno in condemnationem. Domini ſentẽtia eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua etc. Cui nõ reſiſtit, niſi nõ chriſtianus. Quales ergo ſunt Ioannes Caluinus, H. Bullingerus, & P. Martyr, qui ei reſiſtunt peruicaciter? Sed recipiam me ad Auguſtinum, dicentem. Neque fas eſt nobis negare animas, quæ ſine Chriſti ſacramento de corporibus exierunt, etiam paruulorum, non niſi in damnationem trahi. Confiteris fide catholica, animas infantium, morientium ſine mediatoris ſacramento, inituras in damnationem. Quicunq; negat paruulos per baptiſma Chriſti à perditione liberari, & ſalutem percipere, anathema ſit. In Adam omnes moriuntur, 1. Corinth. 15. & niſi per Chriſti gratiam liberentur, quod per ſuum ſacramen-

Vis baptiſmi.

Patrũ ſententiæ de baptiſmo infantum.

Rom. 5.
Ioan. 3.
Caluinus nõ eſt ergo chriſtianus.
Aug. To. 2. epiſ. 28
Tom. 9. tract. 38. in Ioan.
Epiſt. 47.
Epiſt. 105. & 107.
Epiſt. 157.
Caluinus negat, & P. Martyr.

sacramentum Deus etiam in paruulis operatur in damnationem trahuntur. Auguſt. hoc modo rurſus conſerit manus cum Ioanne Caluino, imperitè, & impiè eludere conante illud Ioannis Niſi quis renatus etc. Aqua exhibet extrinſecus ſacramentum gratiæ, & ſpiritus operatur intrinſecus beneficium gratiæ, ſoluẽs vinculum culpę, reconciliãs bonum naturæ, regenerat hominem in vno Chriſto, ex vno Adam generatũ. Quam ſunt hæc verba Auguſtini illuſtria, & efficacia ad refellendum impium iſtorum ardelionũ dogma? O hominum incogitantiam, qui eorum ſequuntur doctrinam, quos vident ſic hallucinari fœdè. Quibuſcum pugnant & hæc Auguſtini teſtimonia, alijs plurimis id genus omiſsis. Multum fallit, & fallitur, qui infantes in damnationem prędicat non futuros, dicente apoſtolo. Iudicium ex vno delicto in condẽnationem, Rom. 5. Et paulò poſt. Per vnius delictum in omnes homines in condemnationem. Qui habet filium (inquit Ioannes) habet vitam æternam 1. Ioan. 5. Non igitur regnum cælorum, ſed nec vitam paruuli habebunt, ſi filium non habuerint, quem niſi per baptiſmum habere non poſſunt, quia per illum nos (vt teſtatur apoſt.) Chriſtum induimus. Galat. 3. Item Auguſt. ad Hiero. inquit. Quiſquis dixerit, quod in Chriſto viuificabuntur, etiam paruuli, qui ſine ſacramenti eius participatione de hac vita exeunt, hic profectò, & contra apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat eccleſiam. Vbi propterea cum baptizandis paruulis feſtinatur, & curritur, quia ſine dubio creditur,

Auguſt. Tom. 2. epiſt. 102.

Ioan. 3. Auguſt. Tom. 2. epiſt. 23. Origenes lib. 2. in Rom. 2. Rom. 5.

Auguſt. li. 1. cap. 16. de peccatorũ meritis etc.

Li. 1. c. 27 de peccatorũ meritis etc.

Rom. 5. Aduerte Io. Caluinũ totam condem-

creditur, aliter eos in Christo viuificari nō posse. Qui autem non viuificatur in Christo, restat, vt in condemnatione maneat, de qua dicit apost. per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, Rom. 5. Fides christiana non dubitat eos, qui lauacro regenerationis abluuntur, redimi de potestate diaboli, & eos, qui nondum tali regeneratione redēpti sunt, etiam paruulos, filios redemptorum sub eiusdem diaboli potestate esse captiuos, nisi & ipsa gratia Christi redimantur. Augustlib. 1. de nuptijs & concupiscentia cap. 20. Leo primus vir insigni doctrina, ac pari pietate conspicuus, hæc inter multa alia, doctè ac piè scripta, reliquit, de infantum baptismate, epist. 56. A paruulo recens nato vsque ad decrepitum senem, quamlibet corporis ętatem gerat, sicut nullus est prohibendus à baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur, sed paruuli originali tantum etc. August. in Enchir. cap. 42. idem habet. Fallebatur igitur H. Bullingerus, inquiens. Ideo infantes baptizandos esse, quia Dei sunt. Nam contra, ideo baptizantur, quia dei adhuc non sunt, vt per baptismum Dei fiant, nimirum filij. Paulus id docet, inquiens 1. Corinth. 15. Non prius quod spirituale, sed quod animale. Hinc enim admonemur, oportere prius infantē nasci carnaliter, quam renasci possit spiritualiter. Quam sunt hæc illustria, & luculenta? Quis his non habebit fidem, nisi qui cæcitate ipsa (vt dici solet) cęcior est? Videant ergo semel atq; iterum, qua in miseria versentur, qui doctrinę illius Caluini, & similium, qui nouis sunt addicti dogma-

nare Christi ecclesiam.

Bullingerus in Act. 10.

Melanchthon in locis suis.

tibus, fidem adhibent, ac tempestiuè resipiscant, ne sero sapiãt. Non hæc doceo, quod existimem illorum sententiam esse sequendam, qui astruunt infantes, qui diem obeunt extremum citra baptismum esse plectendos in inferno vna cum dæmonibus, & damnatis alijs, ac luituros ibi acerbas ignis pœnas, sed assero eos carituros duntaxat diuino præmio. Quod supplicium scholastici autores, vt multi alij theologi, non infimi, appellant pœnam damni, de quo illud Christi. Nisi quis renatus fuerit etc. non intrabit in regnum Dei, commodè potest accipi. Ad hæc, cupio hic quoque admonitum lectorem christianum, me eorum sententiæ non accedere, quibus persuasum est, hominem adultæ ætatis non posse iustificari per veram in Christum fidem, & pœnitentiam, priusquam reipsa baptizetur. Paulum enim in extasi mentis, ac raptu in tertium cælum, & paradisum, quando didicit euangelium, & vidit arcana Dei, adeptum fuisse admissorum suorum cõdonationem, antequam baptizaretur, quisquis ibit inficias, is aberrabit à vero, ac à veterũ interpretatione recedet. Lucas enim apertè testificatur Christum Ananiæ dixisse. Ecce orat Paul⁹, quod absq; fide in Christũ (assertore Paulo) nõ potuit. Proinde cum cõstet fidem ferè non dari absq; spe, & charitate, quia opera Dei sunt, perfecta, & quando hominem sanat, totũ simul sanat, consequitur S. Paulum fuisse iustificatũ per peccatorũ remissionẽ, anteq̃ erat baptizatus. Ac propterea illud, quod Ananias ei postea dixit, vt implearis spi. san. Lira, vt alij interpretes nõ contemnendi

Pœna infãtũ absq; baptismo morientiũ.

Ioan. 3.

Homo potest iustificari per fidem, & pœnitẽtiã anteq̃ baptizetur.

Act. 9.
2. Cor. 12.
Galat. 1.
Act. 9.
Rom. 10.
Deut. 32.
Ioan. 7.

Vocatur vas electiõis ante bapt.

Act. 9.

temnendi exponit de auctione gratiæ in baptismo. Haud secus rectè explicatur illud, baptizare, & ablue peccata tua etc. Eodem pertinet, quod Cornelium & qui cum eo fuerunt, spi. san. accepisse testetur S. Lucas, ante baptismi susceptionē. Augustinus haud aliter hac de re sensit, inquiēs. Cornelius, et qui cum eo erant, cum iam inuisibiliter sanctificati, infuso spiritu sancto, appareret, baptizati sunt tamē, nec superflua iudicata est visibilis sanctificatio, quā inuisibilis iā præcesserat. Idem quæst. 34. in lib. Num habet, quod ab his nō abhorret, dicens. Cornelius audiēs, & credēs, quod prædicauerat Petrus, iam mundus est, vt ante visibilem baptismum, cum suis, qui aderāt, acciperet donum spiritus sancti. Veruntamē nec visibile sacramentum contemni potuit, vt ablutus etiam extrinsecus, quodāmodo lauaret vestimenta sua, id est, quicquid, post iustificationem, sordis contraxerit, mundetur. Hæc ille, quæst. 62. & 82. in Num. Cui suffragratur Hieron. inquiens lib. 2. contra Iouinia. & in Galat. Cornelius Centurio, vt spi. sanctum acciperet, antequā baptisma, eleemosynis meruit, crebrisq; ieiunijs. Quis iam non videt Corneliū iustū fuisse ante baptisma? Nam quid opus tam multis, cum Lucas asserat Act. 10. illum fuisse virum, iustū, religiosum, & timentem Deum, ac angelū Dei dixisse illi, orationes tuę, & eleemosynæ ascenderunt in memoriā in conspectu Dei? Act. 10. Quod quid aliud esse dicas, quā eas Deo fuisse gratas, & acceptas? Et quis asseret eas fuisse Deo gratas, nisi ille prius fuisset iustus? Deus enim respexit ab Abelem prius, deinde ad

Act. 22.

Act. 10.

Aug. To. 4. quæst. 84. in Leuiticū.

Act. 10.

Tom. 7. munera eius. Id quod S. Augustinus agnouit, quando hæc scripsit lib. 1. cap. 7. de prædestinatione sanctorum. Solet dici, ideo credere meruit, quia vir bonus erat, antequam crederet. Quod de Cornelio dici potest, cuius acceptę sunt eleemosynæ etc. antequam credidisset in Christum, nec tamen sine aliqua fide donabat eleemosynas, & orabat. Nam quomodo inuocabat, in quem non crediderat? Hanc sententiam Ioannes Driedo vir eruditus cum primis lib. de gratia, & lib. arbitrio secutus est, quemadmodum sanctissimus martyr, Ioan. Fischerus Anglus, Roffensis episcopus, vir candore morum, ac rara doctrina, vt opera ab eo conscripta, & excusa testantur, orbi christiano commendatissimus, dissérens contra Lutheri articulum primum. Quare quisquis aliud doceret, is aberrabit manifestè, maxime cũ Petrus Lombardus, quem magistrum sententiarum, appellamus, vir optimè de theologiæ candidatis meritus, idem docuit, quem qui in sententias eas scripserunt, imitantur. Idem tradiderit quoq; apertè, hominem posse adsequi admissorum suorum veniam, & iustitiam per fidem, & contritionem, antequam ore peccata sua sacedoti confiteatur, modo constituerit, vbi primum licebit illa ei, secreta confessione, patefacere. Ait namq;: Oportet pœnitentem confiteri peccata sua (sacerdoti) si tempus habeat, et tamen antequam sit confessio in ore, si votum (confitendi admissa sua sacerdoti) sit in corde, præstatur ei remissio. Hanc piam, & orthodoxam doctrinam quisquis refutarit, is non satis considerate rem expenderit, nec satis consultè,

Cypria. in orat. do.

Rom. 10.

Driedon. pag. 58. & 59.

Roffensis Britanniæ decus.

Lib. 4. distin. 4.

Lib. 4. distin. 17.

Per fidẽ & pœnitentiã fit peccatorũ remißio quandoq; ante confeßionem

consultè,vt nihil dicam acerbius,egerit. At missa hæc faciã(quæ obiter attingere visum erat mihi, ne quis diuersa docentibus fidem habeat,ac vna cum illis erret) atque me recipiam, vnde sum digressus. S. Ambros. lib. de Isaac & anima c. vlt. pugnat aduersus Ioannis Caluini eandem hæresim,quam supra partim refutauimus, dũ inquit. Est & mors illa valida per lauacrum(regenerationis)per quod peccatũ omne sepelitur, & culpa remittitur. Item diuus Basilius idem lib.5,cõtra Eunomiũ de hac re sensit,inquiens. Per regenerationis lauacrũ,et innouationem spiritus sancti,Deo adoptamur. Baptisma est redemptio captiuorum,remissio debitorũ, mors peccatorum, animæ regeneratio,amictus splendens, character indeprehensibilis,cæli iter, regni cælestis conciliatio, adoptionis gratia. Seruamur regenerati per gratiam, quæ confertur in baptismo, Tit.3. Fides & baptisma duo sunt modi,parandæ salutis,inter se cognati,& inseparabiles,Mar. vlt. lib. de spiri. s. cap.10.& 12. S. Ignatius, diui Ioan. apostoli discipulus, mecum hac in re sentit, quando ait ad Trallianos. Vt credẽtes in mortem Christi, per baptismum participes resurrectionis eius efficiamur. Idẽ docet S. Martialis, qui vidit Christum,epist. ad Burdegalenses, & Tolosanos, dicens. Iam sanctificati,et mundati estis aqua regenerationis 1. Corint.6. Nec ab his vel latum(vt dicitur) vnguem recessit Leo ille primus, vt qui scripsit hæc ser. de natali domini. Per baptismatis sacramentum, factus est spiritus sancti templum. Nonne merito is censebitur à cordato

sacramẽtalem.

Titum 3. Li. de exhortatiõe ad bapt.

quouis insani capitis, qui his & reliquis antiquissimis, iuxta ac eruditissimis, catholicæ ecclesiæ scriptoribus velit Ioannem Caluinum, Petrum Martyrem, & Bullingerũ anteponere? Cęterum, quo adhuc aliquanto dilucidius istorum hæresis conspiciatur, pauca quędam ex aliquot alijs doctoribus testimonia breuiter huc depromam, reliquis omnibus in præsenti omissis. Itaque diuus Paulinus, ad quem scripsit Aug. lib. de cura etc. his suffragatur, inquiens epist. ad Seuerum.

Mira Dei pietas, peccator mergitur vndis,
Mox eadem emergit, iustificatus aqua.
Inde parens sacro, ducit de fonte sacerdos,
Infantes niueos corpore, corde, habitu.

Hieron. subscribit ei, dum ait lib. 3. dialogorũ contra Pelagianos. Infantuli baptizantur, vt eis in baptismate peccata dimittantur. Ad hæc, Ioannes Iuellus nostras, ingenuè fatetur infantes nasci obnoxios peccato. Qua in re dissentit à Petro Martyre, suo præceptore, vt videas lector, quanta sit inter istos cõcordia. Origines idẽ habuit persuasum, vt qui inquit hom. 14. in Luc. 2. Nullus mundus à sorde, nec si vnius quidẽ diei fuerit vita eius super terram, Iob 25. Et quia per baptismi sacramentum natiuitatis sordes deponũtur, propterea baptizãtur, et paruuli. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & spi. san. nõ potest introire in regnum Dei, Ioan. 3. Hęc ille. Cui non satis faciant hęc, candide lector, nisi suæ sentẽtiæ peruicaci, & cæco assertori, qui cupit in errore edurare? Eandẽ sentẽtiã doctissimus vir, D. Chrysost. habet inquiens. Ecclesia catholica, vbiq; diffusa,

Iuellus in Apologia ecclesiæ Anglicanæ.

Chrysost. homil. de Adam & Eua.

fusa, prędicat paruulos baptizari propter originale peccatum. Constat ergo Io. Caluinum, Bullingerũ, P. Martyrem, & eiusmodi nõ esse membra catholicæ ecclesiæ, quippe qui hoc non credunt, quod ipsa habet persuasum, quæ est colũna veritatis. Diuus Cyprianus refellens eorum sententiam, qui existimabant infantes non esse baptizandos intra secundum, vel tertium diem, quo nati sunt, cõstitutos, nec intra octauũ diem, quod eo die antiquæ legis circũcisio fiebat, longè aliud fuisse visum ait omnibus, qui erant in suo concilio, ac vniuersis iudicasse, nulli hominum nato misericordiam Dei, & gratiam denegandã. Nam cum Dominus in euangelio suo dicat. Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare, quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdẽda est. An nõ ostendũt hæc verba Cyprianum credidisse animas infantum nõ baptizatorũ, antequã mortẽ obirent, interituras esse? Idem sub calcem eiusdẽ epistolę sic habet. Porrò autẽ, si etiã grauissimis delictoribus, & in Deum multum antepeccantibus, cũ postea crediderit, remissa peccatorũ datur, et à baptismo atq; à gratia nemo prohibetur, quãto magis prohiberi nõ debet infans, qui recens natus nil peccauit, nisi quod secundũ Adam carnaliter natus, contagiũ mortis antiquæ, prima natiuitate contraxit? Qui ad remissam peccatorũ accipiẽdã, hoc ipso facilius accedit (baptismũ) quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. An non hic cadit rursus tua, Caluine, impia sententia de paruulis, qua ante baptismi susceptionem eos

Cypria. lib. 3. epist. 8.

Aduerte Caluine, et resipisce, dũ tibi est integrum. Luc. 9. Lege Caluine, & recine.

Infantes nasciuntur peccato obnoxij cõtra Io. Caluinũ, et P. Martyrẽ.

Pugnant inter se hæretici, ut eos malo genio afflarinō ambigas: Brentius pugnātia scripsit.

videt Brentium hic prorsus damnare Zuinglij, Ioan. Caluini, Bullingeri, Petri Martyris, ac similium sententiam, de baptismo infantum? At pugnantia hic scripsisse videtur Brentius. Ait enim promissionem salutis pertinere ad infantes, & ideo necesse, vt baptizentur, quo ea illis applicetur, contingat remissio peccatorum, & donatio spiritus sancti. Nam nō promittitur cuiquam salus, nisi baptizato, quia Christus dixit. Nisi quis renatus fuerit, & Paulus quoque testatur filiorum esse hæreditatem, ac nos fieri Dei filios per fidem, & baptisma. Sed hic Brentius, quemadmodum Melanchthon supra, agnoscit opus operatum, cum docet per baptismū infantibus contingere remissionem peccatorum, & donationem spiritus sancti absque fide. Hoc deprehendit ante me, vir qui erat eximia doctrina, ac pari morum probitate insignis, D. Ruardus Tapperus, in eruditissima academiæ Louanienſis articulorum explicatione. At iam excutiamus, & diluamus ea, quæ Ioan. Caluinus, ac alij scripserunt, ad statuendum infantes fidelium, nondum natos, per Dei promissionem esse iustos, & consecuturos esse quoque vitam æternam, etiamsi nunquam fuerint baptizati, imò nunquam nati, quam hæresim primus nostra ætate commentus est Zuinglius.

Aug. lib. 1. ca. 23. de pec. meri. Rom. 8. Galat. 3.

Opus operatum in bapt. agnoscunt, Melācht. & Brent. coacti, & sæpe negāt alibi.

Lib. arti. & in elēcho.

CONFV-

CONFVTATIO EORVM,

QVIBVS IOANNES CALVINVS, Bullingerus, Petrus Martyr, & alij eiusdem improbi germinis, nituntur, quo asserant credentium liberos ante baptismi susceptionem, dum adhuc versantur in matrum suarum vteris esse iustos etc.

IOannes Caluinus itaque, Zuinglij discipulus (quēadmodum Bullingerus, P. Martyr, & alij cōplures) nititur illa promissione diuina, facta Abrahamo, Ero deus tuus, et seminis tui post te, dum illud asserit. Quē locum indoctissimè à suo germano detorquet sensu, ad suū illud dogma, impium statuendum. Ille enim perinde probat Ismaëlis, Esau, et similium, liberos, antequam nascerētur, fuisse iustos per Dei promissionem, atq; christianorum filios, vt qui erāt semen Abrahæ, & tamen Paulus ait. Non omnes, qui sunt ex Israele, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahę, omnes filij. Insuper idem Geneseos cap. 17. Vnde hęc desumpta est ab isto sentētia, apertè docet in quem sensum Deus promisit se Abrahæ, & semini eius fore Deum, nempe si pactum, seu fœdus illius obseruauerint. Ait enim. Satuam pactum meū inter me et te, & inter semen tuum post te, in generationibus suis, fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. Daboq; tibi & semini tuo post te terrā peregrinationis tuę, eroq; deus eorum. Et tu custodies pactum meum, & semen tuum post te etc. Ac protinus attexit pactum illud esse circunciſionem, citra

Caluinus in appēdice contra Interim, cōtra cōciliū Tridētinū, & in sua impia institutione, & in 1. Corin. 7. Bullinge. in Act. 10. ac in 1. Corin. 7. atque P. Martyr in 1. Cor. 7. Genes. 17. Melāchō ī locis suis pag. 384. et 400. infantes Hebr. per circūcisionē seruatos fuisse asserit. Rom. 9. Esau odio habui.

citra quam periturũ aſtruit eſſe maſculũ quemuis, Abrahamæ ſtirpis. Contextus itaque iſte pugnat apertè contra Caluini illam doctrinam. Nam vt ſoboles Abrahæ maſcula tunc perijt, non circunciſa, ſic nũc chriſtianorum liberi non baptizati. Baptiſmus enim ſucceſsit in locũ circũciſionis, & hinc à Paulo circũciſio dicitur non manufacta. Hoc aſtruit D. Auguſt. inquiens lib. 5. prognoſticon, & lib. 2. cap. 30. contra Pelagium, & Cæleſtium: Paruulo niſi baptiſmi gratia ſubuenerit, diſperiet de populo chriſtiano, ſicut lex periturum dixit de populo Iudæorũ paruulum, niſi die circunciſus fuerit octauo. Dic igitur mihi, à quo facinore circunciſio paruulos liberat? Narrate, ſi poteſtis, cur iuſtitia Dei diſperdat innocẽtiam incircunciſam, quídve circuncidi iubet, ſi nulla donat circunciſione delicta? Hæc ille. Idem rurſus ait: Circũciſio antiquis pro baptiſmo fuiſſe creditur. Multorum veterum ſcriptorum dicta omitto. Quibus Beda noſtras, vir eximia vitæ ſanctimonia, & rara doctrina præditus, accedit, his verbis. Qui nunc per euangelium terribiliter, & ſalubriter clamat. Niſi quis renatus fuerit ex aqua etc. Ioan. 3. Ipſe dudum clamabat per ſuam legem. Maſculus, cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima eius de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit, Gen. 17. Zuinglius quoq;, qui primus noſtris temporibus fuit autor iſtius hæreſeos, quam hic refello, non ſolum cum Ioan. Caluino, Bullingero, & P. Martyre hac in re pugnat, ſed ſecum quoq;. Ait enim. Omnes ſunt in eccleſia, qui per baptiſmum, &

vitale

Geneſ. 17.

Caluinus ſuo iugulatur gladio.

Coloſ. 2.

Geneſ. 17.

Aug. li. 16 ca. 17. de ciuit. Dei.

Tom. 2. epiſt. 57.

Beda ſup euangel. Luc. 2. homil. Cum impleti.

Zuinglius artic. 8. ſecũ pugnat, nedũ cũ I. Caluino etc.

vitale verbum abluti, Christo inseruntur; & in Christo manent. Sed præstat Augustum rursus audire, qui ait lib. 1. cap. 17. de nuptijs & concupis. lib. 3. cap. 18. contra Iulianum & lib. 6. cap. 3. & cap. 4. Atque accusat (videlicet Pelagius) ecclesiam toto orbe diffusam, in qua vbique omnes baptizandi infantuli, non ob aliud exufflantur, nisi vt ab eis princeps mundi mittatur foras, à quo necesse est, vasa iræ possideantur, cum ex Adam nascuntur, nisi in Christo renascantur, & in eius regnum, per gratiam facta vasa misericordiæ, transferantur. Illud damnat sana doctrina, in paruulis solui originale peccatũ, sine Christi sacramento Tom. 7. de anima & eius orig. cap. 13. & 19. Non sunt itaq; Ioan. Caluinus, Bullingerus, P. Martyr etc. membra ecclesię Christi, nec de baptismo infantium docent sanam doctrinam. Idem ostendit iterum Augustus. lib. 3. cap. 9. de anima & eius origine, & cap. 13. refutans Vincentium hæreticum, qui tuebatur paruulos non baptizatos, esse seruandos. Noli, inquit, credere, noli dicere, noli docere, infantes, antequam baptizentur, morte præuẽtos, peruenire posse ad originalium indulgẽtiam peccatorum, si vis esse catholicus. Lib. 6. cap. 4. contra Iulianum, & lib. 1. cap. 20. de nuptijs etc. idem dicit. Hanc esse fidem christianam, nempe paruulos per originale peccatum perire omnino, nisi fuerint baptizati, eamque hæreticos tunc oppugnare cœpisse. Carnis concupiscentia, inquit, obest natis, vt nisi renascantur, nihil prodesse possit, si nati sunt de renatis. Reatus vitij huius, videlicet concupiscentiæ, in

Caluinus ergo non est catholicus.

Aug. li. 2. c. 39. cõt. Pelagium & Celestiæ, in

ſtium,& cap.40.

tiæ,in regeneratorum prole tandiu manebit,donec regenerationis lauacro abluatur. Regeneratus quippe,non regenerat filios carnis, ſed generat,ac per hoc in eos, non quod regeneratus,

Lib.1. ca. 18.de nuptijs etc.

ſed quod generat⁹ eſt,traijcit. Alibi inquit quoq; Propter hanc concupiſcentiam ergo fit,vt etiam de iuſtis, & legitimis filiorum Dei, non filij Dei, ſed filij ſeculi,generentur,quia et hi,qui generãt, ſi iam regenerati ſunt,non ex hoc generãt,quod filij Dei ſunt, ſed ex hoc, quod adhuc filij ſeculi.

Luc.20.

Dominica quippe ſententia eſt. Filij huius ſeculi generant,& generantur. Quid ad hæc queat reſpondere Ioan.Caluinus,equidem nõ video,quo defendat dogma ſuum, filios credentium expertes eſſe delictorum, antequam baptizentur. At

1.Cor.7.

ille ſecum pugnat. Nam ſic ſcribit. Nos totum

Caluin⁹in Antidoto ſecũ diſſidet.

reatũ vere tolli in baptiſmo aſſerimus etc. Reatũ peccati in baptiſmo tolli, & infantes antequã naſcantur per Dei promiſsionem eſſe puros,ſanctos, & mundos, quod alibi aſtruit, bis(vt dici ſolet)per omnia pugnãt.Hæc enim ſcripſit.San-

1.Corin.7

Ct,videlicet propter Dei promiſsionem,naſcitur

In appẽdice libri cõtra Interim.

ſoboles ex fidelibus & progenies ſancta, & adhuc vtero incluſi ipſorum liberi, antequam vitalem ſpiritum hauriant, cooptati tamen ſunt in

Aduerte hæc.

fœdus æternæ vitæ. Hæc ille contra ſcripturam (vt ſupra eſt oſtenſum ſatis) ac omnium veterum ſententiam, & tamen is ſibi, ac ſuis vendicat veram Chriſti eccleſiam. Addit his Caluinus, & hæc. Nam ſanè non alio iure aggregantur in Eccleſiam, niſi quia ad corpus Chriſti iam ante pertineant, quam in lucem ederentur.

Caluinus Zuinglius epiſt. ad fratres.

tur. Quam abſurda ſunt hæc? Paulus docet homines inſeri in corpus Chriſti, quod eſt eccleſia, per baptiſma, fierique Eccleſiæ membra, & illud doctiſsimi quique eccleſiaſtici ſcriptores tradunt, ac hunc non puduit, aſtruere infantes antequam baptizentur ad Chriſti Eccleſiam pertinere. Peior eſt illius error hac in re ipſorũ Pelagianorum hæreſi, de quibus hæc ſcripſit Auguſtinus Tom.2.epiſt.105. Ipſi quoque Pelagiani, autoritate euangelica territi, vel potius chriſtianorum populorum concordiſsima fidei conſpiratione perfracti, ſine vlla excuſatione concedũt, quod nullus paruulus, niſi renatus ex aqua, & ſpiritu ſancto intrat in regnũ cælorum, Ioan. 3. Idem docet Philippus Melanchthon, vt ſupra dictum eſt. Cuius huc aſſeram verba quædam, quo omnibus liquidò conſtet, quam inter ſeſe diſsideant iſti. Teſtimonia, inquit, addamus, quę adfirmant omnes homines naſcentes, ex virili ſemine adferre ſecum peccatũ. Citat id prophetæ. Ecce in iniquitatibus etc. Paulum ad Rom. 5. & ad Epheſ. 2. Natura ſumus filij iræ. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpi. ſan. non poteſt intrare in regnũ Dei. Hac in re Melanchthon hic expoſuit fidẽ eccleſiæ catholicę, de qua S. Chryſoſt. hęc ſcripto prodidit. Eccleſia catholica, vbiq; diffuſa, prędicãt debere paruulos baptizari propter originale peccatũ etc. Atq; Auguſt. eãdẽ fidẽ prodidit, inquiẽs ad Donatũ. Catholica fide confiteris, animas infantium morientiũ ſine ſacramento mediatoris, ituras in damnationem. Videmus itaque ſatis dilucidè Ioan. Caluinum, Bullinge-

Rom. 6. Caluinus abſurda docuit. Bullingerus i Act. 10. ſic ineptit.

Aduerte.

Diſſentiũt inter ſe hæretici. Melãcthõ i ſuis locis pag. 103.

Pſal. 50.

Ioan. 3. Chryſoſt. homil. de Adam, & Eua. Aug. To. 2. epiſ. 89 Epiſt. 157. Quã fidẽ ergo docet Caluinus?

Bullingerum, et Petrum Martyrem esse schismaticos atque prorsus extra catholicam Christi ecclesiam, quantumuis eam sibi, suisque solum vendicent. At cur conniuebat Ioan. Caluinus ad hæc diui Petri verba? Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ, in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum spi. sancti. Vobis enim est repromissio facta, & filijs vestris etc. Cur, inquam, ad hæc conniuebat Ioan. Caluinus? Ea enim verba satis apertè docent, Deum promisisse Abrahamo se fore Deum, ac semini eius, si egerint pœnitentiam, & baptizari fuerint, saltem illi, qui viuerẽt, vbi baptismus fuerit præceptus. Audi iam pie lector, quam belle Ioan. Caluinus scribens de baptismo secum conuenit. Baptismus proponitur, nobis, inquit, vt symbolum purgationis, ac documentum, vel, vt melius explicemus, instar signati cuiusdam diplomatis mittitur nobis, vt confirmet peccata nostra omnia sic esse deleta, ne vnq̃ in cõspectũ Dei veniant, ne cõmemorentur, ne imputentur. Baptisma nobis, quod purgati & abluti sumus, testificatur. Baptismus est symbolum iustitiæ fidei, quod Paulus circũsioni tribuit. Vbi habet hæc quoque, quę istis aduersantur. Sic cogitandum est, quocunq; tempore baptizamur, nos semel in omnem vitam ablui, & purgari. In morte ipsius, inquit apost. baptizati sumus. Rem altius repetit, nempe quod per baptismũ, Christus nos mortis suæ facit participes. Quis ergo, qui aliqua saltem tangitur suæ salutis cura, velit Ioan. Caluino fidem vnquam posthac habere, vbi il-

Caluinus est schismaticus.

Act. 2.

Cõfutatur rursus Caluinus.

Lib. institutionis Christi cap. 17.

Caluinus a seipso dißidet, et pugnãtia scribit.

Cap. 16. pag. 548.

Rom. 4.

Rom. 6.

vbi illum ſemel viderit, tam turpiter hallucinatum eſſe, ac tam manifeſtè, in re præſertim tam magna, ſecum pugnare? Nec mirum eſt hunc à ſe diſſidere, qui Zuinglium ſecum quoq; eadem in re pugnantem ſecutus eſt. Iſte enim ſic ſcripſit. Et hinc libenter in eum adducor ſententiã, quod ad preces baptizantis, & leuantum puerum, in baptiſmo originarium peccatum condonetur, & impetretur ſpiritus ſanctus. Idem contra Balthazarem, in elencho, & epiſtola ad fratres, aſſerit credentium liberos naſci ſanctos, ac peccati expertes. An non hæc apertè pugnant inter ſeſe? Quis ergo ſanæ mentis ſibi perpetietur vnquam perſuaderi Zuinglianam, ſeu Caluiniã eccleſiam, eſſe veram Chriſti eccleſiam, cuius autores non ſolum à ſcripturis, & patrum omnium ſentẽtijs, ſed à ſeipſis diſſident tam apertè? Quis enim neſcit, inter notas verę eccleſię, nõ infimam eſſe (vt tradunt Lyrinenſis Vincẽtius, & diuus Auguſt.) conſenſionem doctorum, penè omnium, ac populorum in eadem fide, & religione? Quam nec eccleſia Lutherana, nec Caluiniana, nec alia vlla hæretica, habet, vt liquet in eorum doctorum ſcriptis, quos ſequuntur, & ex Tabellis viri doctiſsimi, VV. Lindani, ac panoplia eiuſdem, oppido, quàm erudita, & pia, & in libris facundiſsimi, inxta ac doctiſsimi Cardinalis, Staniſlai Hoſij, & perdocti viri Frederici Staphyli. Quamobrem manifeſtè ſatis cõſpicitur, illorum cœtus, & contiones, cõciliabula eſſe & factiones quaſdam potius, quam Chriſti ſeruatoris veram eccleſiam, quemadmodum ipſe quoque pro mea tenuitate,

Zuinglius in 1. Ioã. 5

Zuinglius ſecũ pugnabat, ut cernas, quo ſpiritu ducebatur.

Eccleſia Caluiniana nõ eſt eccleſia Chriſti.

Nota eccleſiæ ueræ eſt cõſenſus doctorũ & populorũ in fide.

breui, si Deus mihi adfuerit, opemq; tulerit, libello de ecclesia, sum ostensurus. Nulla ferè est in rebus fidei hodie controuersia, in qua magis torquent se sectis addicti, nec in qua magis inter se dissidẽt, quam in hac de baptismo infantum. Id quod idem fit, ne cogantur agnoscere eum pendere ex apostolorum traditione, ab eis ecclesiæ viua solum voce relicta, ac infantes, sine fide propria, per opus operatum ipsius baptismi, opitulante fide ecclesiæ Christi, gestantium, ac parentum, iustificari, ac saluari. Contendunt etenim omnia creditu, & factu ad salutis adeptionem necessaria, exprimi verbo Dei, ac etiam hominem sola fide iustificari. Aduersus quæ duo impia illorum dogmata pugnat vehementer, infantes fide aliena iustificari per baptismũ, eumq; baptismum statui sola apostolorum traditione, citra verbum Dei, saltem: vnde necessario illos esse baptizandos, euincatur? Ex circuncisione ducitur cõiectura quædam, christianorum infantes esse baptizandos, sed ea non satis id docet. Baptizabant apostoli totas hominum familias, & domos fateor, sed eas prius verbo dei erudiebant, ac ad pœnitentiam pertrahebant. Quare hinc non potest satis probari eos infantes baptizasse, licet illud factum ab eis fuisse non dubitem. At nunc dispiciamus, vtrum infantes propriam habeant fidem, an aliena (vt iam diximus) seruentur.

Genes.17.

Act.8.

1.Corin.1.

An in-

An infantes habent fidem propriam, vt Lutherus, & alij quidam aſtruunt.

IAcobus Andreas ſcribens contra R. patrem Staniſlaum Hoſium, epiſcopum Varmienſem ac cardinalem, virum eruditiſsimũ, ait, infantes habere propriam fidem, alioqui baptizandos non eſſe, quia ſacramenta abſq; fide nõ proſunt. Ac paulò poſt aſtruit, ſcripturã docere illos eſſe baptizandos, atq; eorum baptiſma eccleſiæ non niti autoritate. Brentius quoq; dicit infantes habere motus, & inclinationes ad credendum in Chriſtum, & ad diligendum Deum alioqui fruſtra baptizarentur etc. Hæc quantam Anabaptiſtis anſam præbuerunt, tollendi infantum baptiſma, quis non clarè videt? Nam infantes non habere fidem, qua credant in Chriſtum, inde liquet, quod fides ſit ex auditu verbi diuini (vt Paulus ait) & quod paruuli nequeant verbum Dei, prædicatũ eis, intelligere. Quis enim eſt tam ſtupidus, vt aſſerat eos qui rationis vſu careant, credere? Hinc Auguſt. haud raro aſtruit fidẽ ſuſceptorũ, & eccleſiæ, cõferre illis ad ſalutẽ in baptiſmo. Ait enim. Qua in re ſatis rectè, piéq; creditur prodeſſe paruulo illorũ fidẽ, à quibus conſecrandus offertur. Et hoc eccleſiæ commendat ſaluberrima autoritas, lib. 1. cap. 22. contra duas epiſtolas Pelagianorum. In eccleſia ſaluatoris, per alios paruuli credunt, ſicut ex alijs ea, quæ in illis in baptiſmo remittuntur, peccata contraxerunt. Idem habet Tract. 80. in Ioan. & Tract. 1. in primam epiſtolam eius. Audis ne Auguſtini,

Iacobus Andreas Lutheranus.

In confeßione VVirtẽb.

Rom. 10.

Aug. li. 3. ca. 23. de lib. arbit.

imò totius eccleſiæ Chriſti ſententiam? Cur eam contemnis, & tamen vendicas tibi diuinæ religionis veritatem, atque adeò eccleſiam Chriſti, omnes alios, qui idem tecum non ſentiunt, ab eadem, veluti hæreticos, & ſchiſmaticos excludens? Quæ eſt hæc tua impudentia Caluine? Quę arrogans inſcitia? Qua fronte ſcripto hæc prodidiſti? Qui in aqua ſolum quærũt medicinã, quid ipſi Chriſto? quid eius ſanguini, quid euangelio? quid ſpiritus virtuti? faciunt reliquum? Quis, Caluine, dic mihi, vnquam ſolum in aqua quæſiuit medicinã animæ? An non pij omnes, quibuſcum tu ibi pugnas, ſalutem animæ acceptam ferunt, Chriſto, ſanguini eius, euangelio, virtuti ſpiri. ſ. fidei, & baptiſmati, vt alijs quibuſdam Dei donis? Illi nihil aliud docent, quàm quod Chriſtus ipſe docuit, vt Paulus, & Petrus, 1. Pet. 3. ac ſancti patres. Dicunt enim cum Chryſoſtomo Deum in regenerationis lauacro mentẽ gratia tangere, ac hinc radicabile peccatum euellere, baptiſmatis gratia medicinam habet citra dolorem, & innumera bona nobis affert, & ſpi. ſancti gratia nos implet, & nullum definitum tempus habet. An non habet concilium illud Nicænum primum, Confiteor vnum baptiſma in remiſsionem peccatorũ? Quoties aſtruit Auguſtinus omnia prorſus peccata aboleri per lauacrum regenerationis? vt lib. 1. cap. 13. contra duas epiſtolas Pelagianorum, lib. 3. cap. 3. contra eaſdem, lib. 6. cap. 5. aduerſus Iulianum. In Ioan. Tract. 80. In Geneſim lib. 10. cap. 14. Cui apertè D. Hieron. adſtipulatur. cum ait: Omnia nobis in baptiſmate condonata ſunt

Caluinus in appendice, aduerſus Interim.

Act. 4. Rom. 3. Rom. 1. 1. Cor. 6. Mar. ult. Ibidem. Epheſ. 5. Tit. 3. Chryſoſt. hom. 40. in 1. Cor. 3 Chryſoſt. hom. 39. in Gen. 17 Aug. li. 1. ca. 33. de nupt. & concu. li. 1 ca. 23. & 26. de pec cator. etc. Hiero. ad Oceanũ.

ſunt crimina,nec poſt indulgentiam, iudicis metuẽda eſt ſeueritas,dicente apoſtolo.Hęc quidem fuiſtis,ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis etc. Chriſtus ideo baptiſma accepit, vt cæteros edoceret mundandos ſe eſſe per baptiſma,& in filios noua ſpiritus adoptione generari. Item ſanctus Baſilius mecũ facit cõtra Caluinum, cum ait. Baptiſmus eſt captiuorum æris alieni remiſsio,peccati mors, animæ regeneratio etc.Fides & baptiſma , duo ſunt modi parandæ ſalutis cognati,& inſeparabiles,per baptiſma ſpi. ſanctus accipitur.Dominus præcepit aquam vitę æternæ,in baptiſmo dari. At cur perſequor infinita ? Omnes enim veteres aiunt hominem per baptiſma purgationem peccatorum aſſequi,iuſtificationẽ, gratiã,& ſalutẽ, ſed per miſericordiam Dei,ſpi.ſancti virtutẽ,& meritum Chriſti.Quare de eis immeritò hic conqueritur Ioan.Caluinus. At Melanchthonem,Lutheri diſcipulum primarium,cum Brentio, Lutherano quoq; ſic manus conſerentem,audiamus.Sed Anabaptiſtę negant prodeſſe baptiſma infantibus , cum non intelligant verbum, & cæremonia ſine fide accipientis ſit ocioſa.Ad hoc reſpondeo:veriſimum eſt , in omnibus adultis requiri pœnitentiam, & fidem. Sed de infantibus hoc ſatis eſt tenere . Spiritus ſanctus per baptiſmũ eis datur, etc. Hæc eſt ſententia Auguſtini,imò totius eccleſiæ Chriſti.Sed hic, etiam coactus, Melanchthon agnoſcit opus operatum,ſine pœnitentia & fide, iuſtificare infantes, quod alibi ſæpe reijcit, & improbat.Muſculus quoque ait ſe non poſſe eorum probare

1.Cor.6. Cypr.li.3. ca.65.ad Querinũ. Hieron.in cap.4.ad Galat. Baſilius de hortatiõe ad baptiſma,& de ſpi.ſ.c.10.

Melãcthõ ĩ locis ſuis pag.384. pugnat cũ Brentio.

Infantes non habẽt propriam fidem.

Aug.li.4. cap.23.de baptiſmo contra Donatiſt.

ſententiã, qui contẽdunt infantes credere titulo de baptiſmo in ſuis locis pa. 427. At de hoc ſatis.

An baptiſmus infantum ſit præceptus à Deo in ſcriptura?

Caluinus.

IAm aliud excutiamus breuiter. Ioannes Caluinus, candide lector, aſtruit præcepiſſe Chriſtum, vt infantes baptizarentur, quemadmodum, alij haud parum multi, eiuſdẽ notæ, ne cogantur amplecti traditionem nõ ſcriptam in ſacris literis, ſed D. Auguſt. aliud ſenſit, inquiens. Conſuetudo matris eccleſiæ in baptizandis paruulis, non eſt contemnenda, neque ſuperflua deputanda, nec omnino tamen credenda, niſi traditio eſſet apoſtolica. Idẽ rurſum ait. Etſi quiſquã autoritatem diuinam in baptiſmo paruulorum quærat, quanquam quod vniuerſa tenet eccleſia, nec concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi autoritate apoſtolica traditum rectiſsimè creditur, tamen veraciter conijcere poſſumus, quid valeat in paruulis baptiſmus, ex circunciſione, quam prior populus accepit. Origenes haud aliter de eo ſenſit, quando ſcripſit hæc. Pro hoc, ſcilicet corpore peccati delendo, eccleſia ab apoſtolis traditionem ſuſcepit, etiam paruulis baptiſmum dare. Sciebant enim illi, quibus myſteriorum ſecreta commiſſa ſunt diuinorum, quod eſſent in omnibus genuinæ ſordes peccati, quæ per aquam & ſpiritum ablui deberent, propter quas etiã corpus ipſum, corpus peccati nominatur. Tribuit hic Origenes infantum baptiſma

Aug. li. 10 cap. 23. in Geneſ. ad literam.

Lib. 4. c. 24. de baptiſ. cõtra Donatiſt. To. 2. ad Ianuariũ epiſt. 118.

Geneſ. 17.

Origen. in Rom. 6. lib. 5. cõment.

Baptiſmate fit remiſsio peccati in paruulis con-

ſma traditioni apoſtolorum, atque aſſerit illos baptizandos eſſe, vt eis condonetur originale peccatum, idque fieri per aquam & ſpiritum ſanctum. Quæ omnia Ioannes Caluinus, & P. Martyr, eiuſdem diſcipulus, peruicaciter inficiantur. Diuus Cyprianus quoque probat infantes eſſe baptizandos, ne pereant illorum animę, innitens concilio, cui ipſe interfuit, & alij ſui collegæ, numero 80. non vlli ſcripturarum teſtimonio. Poſtremo, ſanctus Dionyſius Areopagita, diui Pauli apoſtoli diſcipulus, apoſtolorum autoritate nititur, cum diſſerit de illorum baptiſmate mẽtionem faciens quoq; abrenũtiationis Satanæ, & de fideiuſſoribus, ac eorũ officio, quæ omnia ex traditione apoſtolica eccleſia vſurpat, licet ſchiſmatici ea, qua ſunt inſolentia, contemnãt. At quædam illius verba adſcribam, ne quis dubitet, vtrum id ille ſenſit, an non. Ait igitur, pueros verò, etiam, qui nondum diuina myſteria intelligere poſſunt, diuini ortus participes fieri, ſanctiſsimorumq; diuinę ſocietatis ſignorum, videtur quidem, vt ais, non ſanctis hominibus, & à noſtra religione abhorrentibus, meritò riſu digniſsimum, ſi eos, qui audire non poſſunt, diuina pontifices docent, & non intelligentibus ea, quæ ſancte tradita acceperunt, tradunt, quódque magis ridiculum eſt, quaſi pro ſe, alijs abrenunciationes dicunt, ſanctáſq; profeſsiones. Paulò poſt addit hæc verba. Tametſi hoc quoque de hac re dicimus, quod diuini noſtri põtifices, à veteribus acceptum nobis tradiderunt. Aiũt enim, id quod verum eſt, pueros, ſi in ſancto inſtituto, ac lege

tra Caluinum.

Ioã. Calu. P. Martyr

Cypria. li. 3. epiſt. 8.

Dionyſ. de eccl. hier. cap. ult.

Aug. to. 2. epiſt. 118.

Traditio apoſtolica

Apoſtolos intelligit.

instituátur, ad sanctam animi constitutionẽ peruenturos esse, ab omni errore solutos, ac liberos, & sine vllo impuræ vitæ periculo,, hoc cum in mentem veniſſet diuinis noſtris præceptoribus, placuit admitti pueros hoc sancto modo etc. Quos hic alios, diuinos suos appellet S. Dionysius, præceptores, quam ipsos apostolos? Hęc scripsit ille Thimotheo, Pauli discipulo. Vnde liquet rursus infantium baptisma subniti apostolorum traditione. Errant igitur omnes, qui, secuti Zuinglium, putant paruulorum baptisma constitui ac probari diuinæ scripturæ testimonijs, nec quę afferunt ex eis loca, illud probant, quemadmodum proximo cap. docebitur.

Apostolorum traditio.

Caluinus Bullingerus. P. Martyr, Musculus.

Expensio locorum scripturæ, quibus multi existimant statui baptisma infantum.

CAluinus hac de re futilia hæc effutiuit. In scriptura est præceptus infantum baptismus, alioqui non esset sacramentum, ac parum haberet firmamenti, si tantum hominum arbitrio staret. Cur ista asseruit tantum? An non quia probare ea nequibat? Nónne sacramentum rectè dici debet, quod apostoli Christi nominis diuini afflatu, instituerunt? An non id satis habet firmitatis, quo illi, eodem autore, erexerunt, cum Paulus dicat eccleſiam esse columnam, & firmamentum veritatis? At vnus, inquit Caluinus, est legislator, etc. Agnosco. Christus verus Deus, tulit hanc de baptizandis infantibus legem, eámq; suos

Li. de uera ecclesiæ reformandæ ratione.

1. Tim. 3. Iacob. 4.

ſuos docuit apoſtolos, à quibus, viua (vt aiunt) voce eccleſia eam ſuſcepit. Apoſtolus, inquit Ioannes Caluinus, iubet, ne hominibus ſeſe addicant, qui Chriſti ſanguine ſunt redempti. Quid tum? Hoc ne eſt, nos hominibus addicere, ſequi apoſtolorum traditiones, quas illi eccleſiæ Chriſti reliquerunt, inſtinctu ſpi. ſan. ſectandas? Vult Paulus, ne quis ſe addicat hominibus, qui à vera pietate chriſtiana nos dehortãtur. Ac idem vult (id enim imperitè quoq; obijcit Ioan. Caluinus) ne decretis hominum teneamur, ſed Moſaicis, quæ cum euangelio pugnarent. De illis enim ſolis ibi diſſerit apoſtolus. Puduiſſet certè Caluinum, ſi non exuiſſet omnem pudorem, tam infirmis, imò tam à ſuo ſenſu germano detortis, niti ſcripturę locis, ne cogatur agnoſcere, baptiſmum infantum pendere ex apoſtolorum traditione, ac nõ omnia neceſſaria ad ſalutem conciliandam, ſcripturam continere. Denique hæc doctiſsimus quiſque eccleſiæ ſcriptor agnoſcit, & docet. Ea eſt hominis arrogantia. Non minus ſunt inepta ad ſtatuendum baptiſma infantum niti, firmariq; ſcripturę ſacrę teſtimonijs, quę Philippus Melanchthon literis commiſit, quam hęc Caluiniana. Ait enim. Sed ſumemus argumenta ex euangelio etc. primũ, hoc certiſsimum eſt, regnum Dei, id eſt, promiſsionem gratię, & vitam ęternam, non ad ſolos adultos, ſed etiam ad infantes pertinere, qui tamen inſerti ſunt eccleſię, quia Chriſtus clariſsimè dixit de infantibus. Talium eſt regnum cęlorum. Item non eſt voluntas patris, vt pereat vnus de paruulis iſtis.

Origenes in Rom. 6
Galat. 4.
Coloſ. 2.
Melãcthõ in locis fol. 381. Cap. de bap. infantum.
Matth. 19.
Matth. 18.

Quam indocta ſunt iſta ? Finge enim ibi ſermonem eſſe de infantibus, quod tamen contextus non docet, ſaltem vt illorum ſit regnum cælorum, ſed talium, id eſt, ſimilium, qui eorum imitentur innocentiam, tamen illud nõ probet illos baptizandos eſſe, hincq; cõſequi regnũ cælorum Scriptura enim nõ docet quenquã abſq; fide ſua ſeruari poſſe. Eſto itaq; infantum eccleſiæ inſertorum eſſe regnum cælorũ, ſed eos inſeri eccleſię per baptiſma, quî probetur niſi apoſtolica traditione? Ad hæc, quis ignorat Chriſtũ ibi verba feciſſe de Iudęorum infantibus, qui erant circunciſi octauo die, & per circunciſionem iuſtificati, atq; propterea eorum fuit regnũ cælorũ, quemadmodum eſt iam infantum chriſtianorum, qui ſunt baptizati, ſed hinc non euincitur ſcripturam docere illos baptizari debere. Hieron. quoque in eum locum euangelij, ſic inquit. Signanter dixit talium, non iſtorum, vt oſtenderet, non ætatem regnare, ſed mores, & his, qui ſimilem haberent innocentiam, & ſimplicitatem, præmium repromitti. Auguſt. non ſecus eum contextum accipit, cum ſic habet. Talium, humiliũ ſcilicet, hoc eſt, ſpiritualiter paruulorum. Ac rurſus pueritia propoſita eſt à domino, ad imitandam humilitatem. Theoph. accedit, inquiens. Non dixit: horum, ſed talium, hoc eſt, ſimplicitate præditorum, innocentium, malitiæ expertium. Origenes idẽ habuit perſuaſum, cum inquibat. Non dixit eorum, ſed talium, eſt regnũ cęlorũ, ſed eorum, qui per humilitatẽ facti ſunt, ſicut pueri, cũ eſſent ſenſu perfecti. Ambroſ. Taliũ eſt regnum cælorum,

Abac.2. *Mar.ult.*

Geneſ.17.

Hieron.in Matth.19

Lib.50.homiliarum hom.20. *To.8.in Pſal.46.*

Origenes hom.7.in Matth. *Ambr.li.3 de virgin.*

cælorum,id eſt, eorum,qui caſtitatem puerilem imitantur.Chryſoſt. in eandem ſententiam eum locum explicuit,dicens. Chriſtus aiebat. Niſi facti fueritis ſicut puer iſte,nõ intrabitis in regnum cælorum.Ecce ſtatim obliti diſcipuli puerilis innocentiæ, vetabant ad Chriſtũ pueros,quaſi indignos,accedere,ad quorũ ſimilitudinẽ ipſi fuerãt inuitati. Nã quis mereatur appropinquare Chriſto, ſi repellitur ab eo infantia ſimplex? Poſtque paulo ait. Taliũ eſt regnũ cęlorum,qui caſti ſunt ex virtute,ſicut puer ex ætate etc. At quid opus eſt à cõmẽtarijs doctorũ ſenſum loci illius petere,cũ Lucas teſtetur id ſenſiſſe Chriſtum? Inquit enim ille. Amẽ dico vobis, quicũq; nõ acceperit regnũ dei,ſicut puer,nõ intrabit in illud. Rurſus Matth.18.idem habetur his verbis,quæ Chriſtus extulit diſcipulis,vbi illi dixerant ei. Quis putas eſt maior in regno cælorum? Aduocãs Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio illorum, & dixit. Amen dico vobis,niſi conuerſi fueritis,et efficiamini,ſicut paruuli,non intrabitis in regnũ cælorum.De hoc genus paruulis, hoc eſt, humilibus, qui ſcandalizari & offendi (vt ibi legitur) queãt, quales paruuli ætate non ſunt, Chriſtus poſt dixit.Non eſt voluntas ante patrem veſtrum, qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis. Euaſit ergo ſatis apertũ locos iſtos ſcripturæ nõ docere infantes baptizandos eſſe.Fateor Melanchthoni,extra eccleſiam Chriſti non eſſe remiſſionem peccatorũ,& ſalutẽ æternã,& promiſſionẽ gratiæ,& ſalutis æternæ,ad infantes eccleſiæ inſitos pertinere, ac propterea paruulos neceſſario eſſe

Chryſoſt. hom.32. in Matth. *Matth.18.* *Chryſoſt. in Matth. hom.63.*

Luc.18.

Matth.18.

esse inserẽdos ecclesiæ per baptismum, sed id tamen probari sola apostolorum traditione citra scriptum quoduis sacrum. Et quum ille sic habet. Ad infantes pertinet promissio salutis, ergo necesse est inseri illos ecclesiæ per baptismum, verum est debere illos per baptisma inseri ecclesiæ, vt ad eos pertineat ea promissio, & pugnat illud contra Ioan. Caluinum, Bullingerum, Petrum Martyrem etc. sed tamen non potest nisi apostolica (vt dictum est) traditione euinci eos baptizandos esse, licet promissio salutis nõ pertineat nisi ad ecclesiæ insitos, ac per baptisma oporteat eos inseri. Primum igitur argumentum Melanchthonis petitum è scripturis, quo statuat baptisma infantum, est omnino infirmũ, quemadmodum hoc est. Ad quos pertinet promissio, ad eosdem pertinet & signum. Certũ est autem promissionem gratiæ pertinere ad infantes, ergo necesse est applicari signum per ministerium. Assumptum nempe certum est promissionem gratiæ etc. non est verum nisi in hunc sensum, videlicet certum esse per apostolicã traditionem, & catholicæ ecclesiæ autoritatem, promissionem gratiæ pertinere ad infantes, & hoc cum baptizentur. Nam & ipse Melanchthon paulò ante dixit extra ecclesiam nõ esse salutem æternam, & remissionem peccatorum, nec promissionem gratiæ pertinere ad infantes extra ecclesiam, ac propterea infantes necessario esse inserendos ecclesiæ per baptismum. Horum oblitus Melanchthon collegit postea infantes ideo baptizandos esse, quia ad eos pertineat gratiæ promissio, cum ea non

In locis pag. 382.

In locis pag. 383.

Pag. 382.

Pag. 383.

ea nõ pertineat niſi ad baptizatos. Conſequitur itaq; debere illos baptizari, vt per baptiſma eccleſiæ inſitos permiſsio gratiæ, & gloriæ pertineat. Addit Melanchthon igitur catholice hoc argumentum. Mandatum de baptiſmo eſt vniuerſale, ac ad totam Eccleſiã pertinet. Niſi quis renatus fuerit ex aqua etc. Pertinet igitur etiam ad infantes, vt fiant pars eccleſiæ. Hæc pugnant contra Ioan. Caluinum, Bullingerum, P. Martyrem, M. Bucerum, & alios, qui docent infantes credentium recipi in gratiam à Deo, efficíq; partem eccleſiæ, antequam naſcãtur. Errabat tamen Melanchthon, dicẽs mandatum de baptiſmo ad totam eccleſiam pertinere, quia pertinet ad omnes prorſus homines, vt quos neceſſe eſt credere in Chriſtum & baptizari, vt inſerantur eccleſiæ, & ipſemet Melanchthon, hic ait, pertinet mandatum de baptiſmo ad infantes, vt fiant pars eccleſiæ, indicans id quod antea dixit, nec male, eos non eſſe partem eccleſię ante ſuſceptum baptiſma. Non igitur ſecum conuenit, inquiens baptiſma pertinere ad totam eccleſiam, ac propterea infantes eſſe baptizandos vt fiant pars eccleſiæ. Hæc enim duo ſunt pugnantia. Turpiter quoque hallucinatur, dũ aſtruit eos infantes, qui ſunt in eccleſia recipi in gratiam, quia recipiuntur in gratiam Dei, dum baptizantur, vt ſint in eccleſia. Sed iam deſpiciamus, quam irrito conatu, Ioan. Caluinus, H. Bullingerus, & P. Martyr, nituntur his Pauli verbis, quo dogma ſuum impium ſtatuant. Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem mundi ſunt. Nam hinc conantur per-

Ioan. 3.

Diſſident hæretici inter ſe.

Mar. ult. Rom. 6.

Melãcthõ ſecũ diſſidet ipſe.

1. Cor. 7. Mundi. i. legitimi, quippe

congressu legitimo progeniti. Aug. lib. 3 cap. 12. de pec. meri.

tur persuadere fidelium liberos ante baptismi susceptionem, mundos esse, sed indoctè, & frustra prorsus. Augustinus enim doctè ait in eum locum. Ad quos, scilicet paruulos, faciendos christianos, voluntas christiana etiam vnius parentis euicerat, aut si, quod etiam verba videntur sonare, & cogere, aliqua illic intelligenda est sanctificatio, qua sanctificabantur, vir, & mulier infideles, & qua sancti nascebantur fidelium filij, siue quia in mẽstruo cruore, mulieris à cõcubitu continebat, quicunque vir, id in lege didicerat, siue propter aliam quamlibet, quæ ibi apertè proposita non est, ex necẽsitudine coniugiorum, & filiorum, sanctitatis asperginem. Illud tamen sine dubitatione tenendum est, quæcunque illa sanctificatio sit, non valere ad christianos faciendos, atque dimittenda peccata, nisi christiana, atq; ecclesiastica constitutione, & sacramentis efficiantur fideles. Nec enim coniuges infideles, quamlibet sanctis, ac iustis hæreant coniugibus, ab iniquitate mundantur, quæ à regno separatos, in damnationem venire compellit, nec paruuli de quibuslibet sanctis, iustísque procreati, originalis peccati reatu soluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati. Rursus idem inquit alibi. Quomodo sanctificatur vir infidelis in vxore fideli, & tamẽ perit, nisi baptizetur, sic filij fideliũ, etsi ad quendam modum sanctificati sunt, pereunt tamen nisi baptizati fuerint. At audi lector, quàm Caluinus à se dissideat ipse. Nec, inquit, de caussa aut fine controuersia est, quin ideo baptizentur paruuli, vt insiti in corpus Christi, liberẽtur ab æterno in-

Lib. 6. c. 5 cõtra Iulianũ, Pelagianũ idẽ habet Augus.

Ambros. lib. 2. c. 8. de uocat. gentium. Aug. To. 10. ser. 14 de uerbis apostoli.

no interitu peccati, quod illis natura ingenitum eſt, remiſsionē obtineant, induantur gratuita iuſtitia. An non iſta pugnant cum illis, quæ ante ſcripſit, credentium nempe infantes, adhuc vtero incluſos, ſanctos eſſe, ac Deo coaptatos in fœdus vitę ęternę? Tertullianus (vt ait Hieron. ad Paulinum) diſſeruit de hoc problemate, aſſerens ſanctos dici fidelium filios, quod quaſi cādidati ſint fidei, & nullis idololatriæ ſordibus polluantur. Locus igitur ille nihil ſuffragatur hęreſi Ioannis Caluini, & ſimilium, imò potius illi aduerſatur, probè enarratus. Nam ſenſus is eſt illius ſimplex & natiuus. Sunt inter vos, qui niſi infideles toleraſſent cōiuges, periculum erat, ne hinc offenſi ſecum abſtuliſſent liberos ſuos, atq; ſic immundi remanſiſſent, quos nunc vna cum ipſis coniugibus, ſanctos, id eſt, ſacro tinctos fonte habent. Iam enim erant filij chriſtiani, qui ſiue autore vno ex parentibus, ſiue vtroque conſentiente, ſanctificati erant. Quod non fieret, ſi diſſociaretur matrimonium etc. Hæc Auguſtinus. Cui ſententiæ adſtipulantur etiam, hæc verba, quę ibi ſequuntur. Quî ſcis, mulier, an virum ſaluum facies? videlicet pertrahendo eum ad credendum, & ſuſcipiendum baptiſmū, vt inde ſalute potiatur. Hanc interpretationē magis approbabit, qui cogitet eſſe diuo Paulo familiare, eos vocare ſanctos & ſanctificatos, qui baptizati ſint. Ait enim: Abluti eſtis, ſanctificati eſtis. An nō ſunt hęc ſatis illuſtria, & efficacia, ad docēdū, quòd inſtituim⁹? Quamobrē baptizātur fideliū liberi, nō quia iam ſunt ſancti (vt perparā dixit Zuinglius) ſed vt fiāt ſancti.

Ioan. Caluinus ſecū diſſidet.

Tertul. li. de monogamia. Candidati fidei, dicūtur, qui fidē ambiūt Auguſt. in ſer. do. in monte li. 1 cap. 27.

Tit. 3.

1. Cor. 6.

ſancti. At qui alienos, inquit Caluinus, ad baptiſma admittit, prophanat illud. Quî id probes, ô bone? An non præcepit Chriſtus apoſt. alienos docere euangelium, vt credant, ac baptizentur? Nonne Paulus autor eſt, homines inſeri Chriſto, ac regenerari per baptiſma? Qua ergo fronte ſic nugatus es Ioan. Caluine?

In appendice cõtra Interim.
Mat. ult.
Mar. ult.
Rom. 9.
Tit. 3.
Rom. 11.

Nec illud apoſtoli, quo abuteris Caluine, Si radix ſancta, & rami, vel tantillum adfert adiumenti ad illud impium dogma aſſerẽdum. Nam apoſtolus ea ſententia illud duntaxat ſibi voluit, ramos ſanctæ radicis, id eſt, Iudæos ex Abrahamo, Iſaacco, & Iacobo, viris ſanctis, prognatos, ſanctos eſſe potentia, & aptitudine, quia potuerant exemplo illorum patriarcharum credere in Chriſtum, & baptizari, vt ſanctificentur. At cum conſtet ex eodem capite eam gentẽ cæcam tum fuiſſe, & incredulam, ac multos ex eis ramos extitiſſe effractos propter incredulitatem, tu Caluine, hic tuo (vt dici ſolet) iugularis gladio. Nam locus iſte docet credentiũ liberos fuiſſe immundos. Chryſoſt. ait, vocat Paulus, ramos credẽtes, ex patriarchis procreatos. Iam verò, quæ VVolphangus Muſculus de baptiſmate infantum ſcripta reliquit, perinde ſunt abſurda, atque ea quæ Ioannes Caluinus prodidit ea de re. Ait namque: Infantes per electionem dei, etiamſi ex hac vita, non modo citra baptiſma, ſed & citra fidem, & reliqua omnia, quæ ab adultis requiruntur, auferantur. Paulò poſt addit, reſpondens Anabaptiſtis, obijcientibus ideò infantes non eſſe baptizandos, quod nullum extet Dei mandatum ea de re.

Illos nocat inimicos dei ſecundum enangeliũ cap. 11.
Rom. 11.
Ser. 19. in Rom. 11.
Muſculus lib. locorũ c. de bapt. pag. 428.

de re, cum de circuncidendis Iudæorum infantibus esset datum à Deo præceptum. Facit hoc, inquit, non contra nos, sed pro nobis. Si non extat peculiare mandatum de infantibus fidelium, in fœdus gratiæ obsignandis, & in ecclesiam Dei incorporandis, non constaret voluntas Dei, in ratione administrandorum sacramentorum initialium. Iam verò cum sit illa palam expressa, sic vt constet infantes credẽtium, quorum pater est Abrahã, & gratię, & signi fœderis esse participes, nec vspiam sublata legat, quid necesse est, post tam illius luculẽtam expressionem, adhuc aliud in nouo testamento desiderare mandatum? Primum hic obserua, lector, Musculum dare Anabaptistis nullum extare præceptum Dei in nouo testamento de baptismo infantũ, quod Caluinus, Bullingerus, P. Martyr, & Bucerus diffitẽtur, et hinc agnosce, quo numine aguntur isti, qui adeò inter sese digladiantur. Deinde animaduerte, quod ait extare præceptum peculiare de fidelium infantibus in fœdus gratiæ obsignãdis, & in ecclesiam incorporandis. Hoc enim pugnat aduersus Ioan. Caluinum, H. Bullingerum, & P. Martyrem, docentes illos esse fœderis gratiæ cõfortes, antequam enascãtur, & ecclesiæ Christi insitos per Dei promissionem. Postremò, & hoc aduerte, quod asserit Musculus, mandatũ datum Abrahæ de circuncidendis masculis infantibus Hebræorum nusquam legi sublatum, idq; docere christianorum infantes esse baptizãdos. Nam vt mandatum de Hebræorum liberis baptizandis, non probat sufficiẽter aduersus Anabaptistarum

Absurda sunt hæc Musculi.

Dissentiũt hæretici inter se, spi. dissensiõis acti.

Lib.4.c. 24. de baptismo cõtra Donatistas.

hæresim, infantes Christianorum esse baptizãdos (vti August. rectè ait) sic illud legitur apud Paulum esse sublatum. Ille enim ait: Circũcisio nihil est, & si circũcidamini, Christus nihil vobis proderit. Taceo apostolos, afflatu diuini numinis, decreuisse, gentiles nõ esse circuncidẽdos, ac Titum non fuisse cõpulsum circuncidi, deniq; Paulum astruere circunciſionem esse euangelij Christi euersionem. Falsus erat itaq; Musculus vehementer, cum scripserit mandatũ de circuncidendis Iudęorum paruulis non legi fuisse sublatum. Precor ergo Deum, quam possum, ardenter, & obnixè, vt velit omnes à vero aberrantes, ad illud reuocare, vt vno animo, vnoque ore, idem omnes, qui Christo nomina dedimus, tãdem sapiamus, ac vnanimiter eundem glorificemus, ne diutius nomen illius apud gentes profanas male audiat, propter tam varia disidia in rebus fidei suborta, tamque multas sectas, ac vt ille hinc, veluti irritatus non pergat sinere Turcas nobis negociũ facessere, nósq; truculentę & impiæ suæ tyrannidi subiugare. Quod vt alacrius, & maiore confidentia conetur efficere, nosipsi, sic hostiliter inter nos de religione digladiantes, illi addimus calcar nõ mediocre. Iam pium lectorem oratum percupio, vt meum hunc laborem, iuuandi duntaxat studio sumptum, boni velit consulere, & aut his vti mecũ, aut certè meliora impertiri, in laudem Dei, omnis boni autorem, cui sit honor & gloria in æuum.

Amen.

Horatius.

De euan-

De euangelicis consilijs, ac operibus indebitis, quæ opera vocantur à Theologis supererogationis.

CVM sectarum propugnatores, candide lector, opera voluntaria, vltronea, & supererogationis aspernentur prorsus, atq; reijciant, qua sunt imperitia, tanquã pugnantia cum Dei verbo, compendio de illis differere non fore tibi inutile sum arbitratus, quo clarè cernas, quã turpiter & hac in re sunt isti falsi, & hallucinati, quos non pudet, vt sunt frontis perfrictissimæ, astruere sibi solis multorum fidei dogmatũ veritatem esse à diuino numine retectã, quæ veteres omnes ecclesiæ catholicæ scriptores fugerũt. Quæ eorum cæca insolẽtia extitit causſa, & mater omnium hæreseon, vt cuius vindicãdæ gratia, Deus illos in tam absurda illabi dogmata passus est. Nam vt is dat modestis gratiam, sic superbis eam non impertitur, sed eis resistit, atque tradi sinit in mentem reprobam. At exordiar, quod instituí expedire.

Ioan. Calvinus, P. Martyr

Mat. 11. 13

Iacob. 3.

Rom. 1.

CONSILIA EVANGELICA, ET OPERA SVPEREROGATIONIS

hic docentur contra Ioan. Caluinum, Philippum Melanchthonem, Musculum, Petrum Martyrem, Ioannem Brentium etc.

Melanct. in suis locis pag. 624. I. Iuellus. Pilkintonus. I Knox⁹.

PHILIPPVS Melãchthon de hoc genus operibus hęc temerè et impiè scripta reliquit. Fingunt hypocritæ perfectiones esse opera traditionum humanarum, hoc est, opera meliora, & magis placẽtia Deo, quam ea, quæ decalogus præcipit. Et hac persuasione prętulerunt monachatum gubernationi ecclesiasticæ, politicæ, & coniugio. Euanescunt ritus monastici, qui iam intelliguntur, nec ad agnitionem Dei, nec ad mores prodesse. Rursus ait: Finxerũt opera supererogationis. O vanissimũ hominem, & vel ipsa cæcitate cæciorem. Quem non deberet pudere tã friuola istius hominis somnia amplecti, & sequi, quæ ab ipso Satan emanarunt? Quam enim ea sint falsa, & cum scripturis pugnantia, compendio ostendam. Christus cœlibatum, & paupertatem non præcepit, sed consuluit tantum. Aiebat enim de virginitate, & cœlibatu. Qui potest capere, capiat: ac si vis perfectus esse, Vende omnia etc. In quæ loca Augustinus scripsit hęc. Aliud est præceptum, aliud consilium. Consilium datur, vt virginitas conseruetur, vt à vino & carnibus abstineatur, vt vendantur omnia, & erogentur pauperibus. Qui consilium libenter audierit, & fecerit, maiorẽ habebit gloriam. An non

Pag. 349. O uanitatem hois. Pag. 297.

Cõfutatio.

Matt. 19. Aug. To. 10. ser. 61. de tẽpore.

Consilio maior gloria quam

non nititur Auguſtinus teſtimonijs ſcripturæ, vt oſtendat opera conſiliorum Deo eſſe gratiora, maiúſque præmium, mereri, quàm præceptorum facta? Quanta igitur erat Melanchthonis impudentia? quantaq; arrogantia, quãdo dixit hypocritas finxiſſe opera non prẹcepta à Deo illi magis placere, quàm prẹcepta, eos finxiſſe opera ſupererogationis, cœlibatum, qualem colunt monachi non eſſe anteferendum coniugio, veterem hæreticum, Iouinianum ſecutus, ac deniq; ritus monaſticos nõ prodeſſe ad mores. Atqui prẹſtat rurſus audire Auguſt. inquientem. Multa ſunt facienda, non iubente lege, ſed libera charitate, & ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen cauſa dilectionis impendimus. Vnde dominus ſoluit tributum. Paulus gratis euãgelium prẹdicauit. Virgines, quod licebat, noluerunt, vt plus placerent ei, cui ſe deuouerunt. Quam ſunt hẹc manifeſta aduerſus Melanchthonem, Muſculum, & Ioan. Caluinum? Rurſus ait Auguſt. In ẹterna vita eſt quẹdam gloria egregia, nõ omnibus in ẹternum victuris, ſed quibuſdam ibi tribuenda: cui conſequendẹ parum eſt, liberatum eſſe à peccatis, niſi aliquid ipſi liberatori, voueatur, quod nõ ſit criminis non vouiſſe, ſed vouiſſe, ac reddidiſſe ſit laudis. Conſiliũ, inquit Paulus, do. Vides ne gloriam maiorem reddẽdam virginibus, quàm coniugibus? Hẹc ille: Idem reprobat eorum opinionem, qui dicunt virginis ſtatum prẹſtantiorem eſſe coniugali, ſolum ob huius vitẹ moleſtias. Item ait de deipara, quẹ angelo dixit. Quomodo fiet

præcepto Dei dabitur.

Aug. li. 1. cap. 14. de adulterinis coniugijs.

Matth. 17
1. Cor. 9.

Aug. li. de S. uirginitate c. 14.

Votum caſtitatis.

1. Cor. 7.

Luc. 1.

Aug. de S. virginitate cap. 4. Vouit Christi mater virginitatẽ. Auguſt. in enchirid. cap. 121.

fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. Quod profectò non diceret, niſi ſe virginem Deo ante vouiſſet. O ſectæ inter voſipſos diſſectæ, nónne pudet vos, quod toties ineptieritis contra vota virginitatis? Auguſt. quoque hæc de votis ſcripta reliquit. Non te vouiſſe pœniteat, imò gaude iam tibi non ſic licere, quod cum detrimento tuo licuiſſet. Quæcunque mandat Deus, inquit, ex quibus vnum eſt, Non mœchaberis, & quæcunq; non iubẽtur, ſed ſpeciali conſilio mouentur, ex quibus vnum eſt. Bonum eſt mulierem

1. Cor. 7.

non tangere, tunc rectè fiunt, cum referuntur ad diligendũ Deũ, & proximũ propter Deũ. Quis iã nõ clarè videt Io. Caluinũ, Muſculũ, Bullingerũ, Phil. Melanchthonẽ, & reliquos omnes, qui aduerſantur votorũ, et operũ ſupererogatiõis aſſertioni, eſſe planè hæreticos, & ab eccleſia catholica diuiſos? At ſcripturis ſacris iſta abundè queũt

Eſa. 56.

ſtatui, et ſtabiliri: Deus namq; ait per Eſaiã. Et nõ dicat Eunuchus. Ecce ego lignũ aridũ. Quia hæc dicit dñs eunuchis. Qui cuſtodierint ſabbata mea & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locũ, & nomẽ melius à filijs, & filiabus. Nomen ſempiternum dabo eis, & quod non peribit. Hũc locũ exponens D. Hiero. accipit eum de illis eunuchis, de quibus Matthæus agit, & de quibus

1. Cor. 7.

apoſtolus dixit, de virginibus præceptũ domini nõ habeo, cõſiliũ autẽ do, & Chriſtus quoq; qui

Matth. 19

poteſt capere, capiat, ac tandem inquit. Iſte cuſtos eſt ſabbatorũ, vt nunq̃ faciat oper nuptiarũ. Iſte elegit, quę dñs voluit, vt plus offerat, quàm prę-

Opus ſupererogationis.

ceptum

ceptū eſt etc. Attexit exemplū de Ioanne euāgeliſta. Clemens Alexādrinus, Origenis pręceptor, voti caſtitatis meminit, inquiēs. Eſt continentia corporis deſpiciētia, conueniēter pactis, cōuentis cum Deo initis. Qui ex propoſito caſtitatis, profeſſus eſt, vxorē non ducere, maneat cælebs. Hæc non ſunt nupera, ſed ab ipſis eccleſiæ exordijs prodita. Hieremias iuſſus à domino obtulit Rhechabitis vinum, vt illud bibāt, qui reſponderūt. Non bibemus vinū, quia Ionadab, filius Rechab, pater noſter pręcepit, dicēs. Nō bibetis vinū vos, et filij veſtri vſq; in ſempiternū. Et domū nō ędificabitis, ſementē nō ſeretis, et vineas nō plātabitis, nec habebitis etc. An nō videmus obedientiā iſtorū in reb⁹ liberis alioqui, nec à Deo pręceptis? Nonne placuit Deo illa eorum obedientia? Quid ni? Eo enim nomine ille eis mercedē repoſuit, inquiēs. Quia obedierūt pręcepto patris ſui etc. pro eo, quod obediſtis pręcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis oīa mādata eius etc. Nō deficiet vir de ſtirpe Ionadab, filij Rechab, ſtās in conſpectu meo cūctis diebus. Nónne itaq; errauit plurimū Phil. Melanchthon, nitēs è medio tollere piā doctrinā eccleſię de operibus vltroneis, et ſupererogationis, quæ Deus non præcipit, ſed conſulit? Aperta eſt dementia, eiuſmodi ignaris ſcriptoribus fidem adhibere, qui tam apertè docent, quæ aduerſantur omnibus catholicis ſcriptoribus, & ſcripturis quoq; ſacris? Hiero. pugnat ſic cū Melāchthone, et illiuſmodi, qui inficiātur, aliqua eſſe opera ſupererogationis. Ait enī: Quare dñs nō habet pręceptū de virginib⁹? Quia maioris eſt gratię

Clemens Alexādr. li. 3. ſtromatum.

Hiere. 35.

Opera indebita, inuolūtaria & ſupererogationis docet ſcriptura.

Hiero. to. 2. ad Euſtochiū de virginitate ſeruanda.

quod non cogitur,& offertur. Item ait: Maioris gratię eſt,offerre, quod nõ debeas, quam reddere,quod exigeris.Rurſus idem ſic ſcribit : Philemon poteſt dicere. Voluntaria oris mei beneplaceant tibi domine , plúſque faciens quam pręceptum eſt,vincit eos,qui tantummodo imperata fecerunt,& iubentur dicere , ſerui inutiles ſumus,quod debuimus facere, fecimus. Virginitas quoq; propterea maiori pręmio coronatur, quia pręceptum domini non habet,& vltra imperata ſe tendit.Hęc ille. Cyprianus oſtẽdit multas fœminas ſuo tempore ſupererogaſſe,cum ait.Floret eccleſia tot virginibus coronata , & caſtitas , & pudicitia tenorẽ glorię ſuę ſeruat . Ad hęc idem habuit perſuaſum,quando dixit.Prima ſententia creſcere,& generare pręcepit, ſecunda ad continentiam ſuaſit . Cum adhuc rudis mundus eſſet inanis , copia fœcunditatis generante propagamur , & creſcimus ad humani generis augmentum.Cum iam refertus eſt orbis,& mundus impletus, qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viuentes, caſtrantur ad regnum.Nec hoc iubet dominus,ſed hortatur, nec iugum neceſsitatis imponit,quando manet voluntatis arbitrium liberum . Sed cum habitationes multas apud patrem eſſe dicat , melioris habitaculi hoſpitia demonſtrant. Habitacula iſta meliora vos petitis,carnis deſideria caſtrantes, maioris gratię pręmia in cęleſtibus obtinetis. Quid hic queunt dicere noſtri temporis,Iouinianiſtę, qui inficiantur, maius pręmium in cęlo repoſitum eſſe virginibus, quam coniugatis ? Atqui pergam, quo plenius

In epiſt. ad Philemonem.

Luc.17.

1.Cor.7.

Cypria.li. 4. epiſt.2

Cyprianꝰ Tract. 2. de habitu uirginum.

Geneſ.1.

Matth.19

Ioan.14.

Cypria.li. 1.epiſt.11. uocat ſacræ uirginis nuptias incæſtas.

plenius refutetur iſtęc hęreſis Ioannis Caluini, Melanchthonis, ac eiuſdem farinę aliorum. Quis ignorat Ioannem Baptiſtam, quum vixerit locuſtis et melle ſylueſtri, nec vinum, nec ſiceram bibens, indutus veſte ex pilis camelorum contexta, & zonam pelliceam, lumbos ſuos cingẽtem, habens, ſupererogaſſe, ac feciſſe ſponte, nullo Dei mandato aſtrictum, ea, quę illi plauſibilia erant, & grata? An non gratum cum primis erat opus mulieris, quę effracta ſua pixide, effudit precioſum vnguentum, quod tricentis potuit denarijs vendi, ſuper caput Chriſti? Ibis ne inficias Deo placuiſſe, ęreorum illorum minutorum viduę in gazophilatium coniectionem? Et quo mandato deus iuſſerat hęc fieri. Diuus Iacobus, quem apoſtoli epiſcopum Hieroſolymorum eccleſię pręfecerunt, vinum et ſiceram non bibit, carnem non comedit, nunquam attonſus eſt, nec vnctus vnguento, nec balneo vſus, nec laneis veſtibus, ſed lineis, & fixis genibus intantum deprecabatur Deum pro populo, vt camelorum duritiam eius genua contraxiſſe crederentur. An nõ indoctum eſſe oporteat, qui hęc diffiteatur fuiſſe opera indebita, vltronea & ſupererogationis? Hic dicat mihi Melãchthon, quo Dei mãdato impulſi erãt pij, quis Paulus teſtatur circuiſſe in melotis, & in pellibus caprinis, ac erraſſe in ſolitudinibus? Euſebius ſtrenue certat aduerſus Philip. Melanchthonis, & ſimilium vana ſomnia, & impium dogma, contra opera conſiliorum & ſupererogationis, cum inquit. In eccleſia Dei etiam viuendi modi inſtituti ſunt. Alter quidem naturam no-

Matth.3. Mar.1. Luc.3. Ioan.1.

Matth.26 Mar.14. Ioan.12. Luc.21.

Egeſippus lib.5. & Hieron. in catalogo.

Hebr.11. Euſeb.li.1 demõſtrationis euã gelicæ c.8

ſtram,& communem hominum vitæ rationem excedens,non nuptias,non ſobolē,non ſubſtantiam,non opum facultatē requirens:tota autem prorſus à communi & conſueta cunctorum hominum vita abhorrens, & ſoli diuino cultui, ex immenſo rerum cæleſtium amore addictus etc. Statim addit hæc : Et talis exiſtit quidē in chriſtianiſmo perfectus vitæ modus. Alter remiſsior atque humanior.Hic & modeſto cōiugio, & ſobolis procreationem implicatur, & rei familiaris curam aſſumit etc. Quam ſunt hæc Paulinæ doctrinæ conſentanea? Is enim ſic habet.Volo vos eſſe ſine ſolicitudine.Qui coniugatus non eſt,curat,quæ ſunt domini , quomodo placeat domino.Qui verò nuptias contraxit, curat, quæ ſunt mundi, quonam modo placeat vxori , & diuiſus eſt.Quo docet cœlibem poſſe liberius et melius longè,Deum colere,quam coniugatum.Cur itaque non eſſet illud vitæ traducendæ inſtitutum, hoc longè præſtantius, Deoque gratius,ac præmium conciliaret vobis in cælis maius?Phil. Melanchthon, quemadmodum quotquot in eadem ſententia hærēt,cupiens extinctum eſſe penitus cœlibatum,pugnat cum Chriſto,Paulo,& veteribus in vniuerſum omnibus, inter quos eſt præcipuus,diui Ioannis diſcipulus, Ignatius, qui hæc ſcribit.Eas,quæ in virginitate ſunt,honorate,ſicut ſacras Chriſti, viduas pudicas , vt ſacrarium Dei veneremini . Virgines agnoſcant , cui ſe conſecrarunt . Baſilius quoque ille magnus monaſticen multis in locis extulit.Inquit enim: Cæterum horum vnuſquiſque (qui monaſticen profeſsi

1.Cor.7. Cælebs eſt.

1.Cor.7.

Ignatius epiſt.3. & 8.

Baſil.to.2 ad interrogationē 14.& 15.

profeſsi ſunt) ſi poſteaquã intra reliquorum fratrum ſocietatem adſcriptus fuerit, factam à ſe iam profeſsionem reſciderit, is perinde aſpici debet, vt qui in Deum peccauit, quem videlicet profeſsionis ſuæ teſtem adhibuerit, cuiq; ſe voto ſolenni obligarit. Etenim qui ſeipſum Deo ſemel deuouit, hic ſi ad aliud deinde vitæ genus tranſierit, ſacrilegij ſe ſcelere obſtrinxit, quippe qui ſeipſum Deo, cui ſe conſecrauerat, veluti ſubterfuratus ſit. Rurſus idem ait de nonnis, ſeu monialibus, & voto virginitatis obſtrictis. Quum virginitatem domino profeſſæ ſint, carnali poſtmodum voluptate, malè blanda, delinitæ, ac deuinctæ, ſtuprum honeſto coniugij nomine, obtegere cupiunt. Lege eum, ſi plura hac de re cupis videre, epiſtola ad virginem lapſam, epiſt. quoque 63. Idem ferè habet diuus Ambroſius, docens rationem conſecrandi virgines, & erudiendi, ac virginem lapſam à ſua profeſsione vehementer increpans & adhortans, vt ſeſe recipiat, vnde deſciuerat. Quã ſunt hæc illuſtria, & efficacia aduerſus ſectarum ineptias?

Li. de uera uirginitate.

Animaduerte hæc uotifrage.

Ambro. de inſtitutiõe uirginis c. 17. et ad uirginẽ lapſam c. 5.

Tertullianus, viciniſsimus apoſtolorum ætati, ſcripſit librum de velandis virginibus. Denique, vt ſemel dicam, omiſsis multis, quæ de hoc ſunt prodita, teſtimonijs, vt de quibus ſatis diffusè libro meo de votis monaſticis diſſerui, Paulus coarguit fœminas quaſdam, quod profeſſæ continentiam, non liberarint fidem illam. S. Martialis, apoſtolorũ diſcipulus, qui Chriſtum adhuc ſuperſtitẽ vidit, teſtatur diuam Valeriam per ſuam prędicationẽ deo vouiſſe virginitatem.

1. Tim. 5.

Martialis epiſt. ad Toloſanos ca. 8.

An non

Melanct. Caluini.

An non fœda & aperta eſt Philip. Melanchthonis hallucinatio, cũ diffitetur, quod ſcriptura ſacra, & veteres eccleſię ſcriptores tam ſępe, tamq; dilucidè ſuis ſcriptis approbabant? Abhorrent ſanè in primis, qui ſectarum ſunt ſtudioſi, à continentię & virginitatis voto, cum illud Chriſtus conſuluerit, ac Paulus illius apoſtolus. Nã Chriſtus de ea re faciens verba, dixit. Qui poteſt capere, capiat. Quem locum diuus Chryſoſt. exponens & illum quoq;. Si vis eſſe perfectus, vade etc. hęc reliquit ſcripta. Non iam imperantis voce vtitur, quippe auditorem exequendorũ conſtituit dominum, & quę agenda ſunt in eius arbitrio, atque volũtate conſtituit. Idem interpretans eundem contextum, aſtruit Chriſtum conſuluiſſe ibi continentiam, ſeu cęlibatũ. Ait enim. Ita rem extulit, pręcipuamq; oſtendit, & hac ratione attraxit, atque hortatus eſt, & paulò poſt addit hęc. Cumque à verbis eorum facilè eſſe videatur, hac ratione ad eligendam continentiam, atque virginitatem proniores reddũtur. Nam quibus ad perpetuã hortari virginitatem, durum atque arduum videtur, neceſsitate legis, in cupiditatem virginitatis impellit: poſſe autem nos perpetuam ſeruare continentiam, oſtẽdit, dicens: Sunt Eunuchi etc. His omnibus, ad optandam, eligendamq; virginitatem inducit. Ruſſus ediſſerens hęc verba. Non omnes capiũt hoc verbum, ſed quibus datũ eſt, ait. Vt ſingulare id eſſe certamen perdiſcas, non vt ſorte datã neceſsitatem ſuſpiceris. His enim datum eſt, qui ſponte id eligunt, quod ideo dixit, vt ſuperiore nobis auxilio opus

Votum caſtitatis.

Matth. 19.

Chryſoſt. in cap. 1. Tit. hom. 32. ĩ Mat. ait omnes poſſe continere, ſi uelint.

Hom. 63. in Matth.

Vide Auguſt. li. 6. ca. 9. cõtra Fauſt.

Matth. 19

opus esse ostenderet, quod quidem omnibus paratum est, si volumus in hac luctatione superiores euadere. Hęc ille ibidem: Hieron. quoq; hoc: Qui potest capere capiat, consilium interpretatur, inquiens. Proponit pręmium, inuitat ad cursum. Tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamitat. Qui sitit, veniat, & bibat. Qui potest capere, capiat. Non dicit, velitis, nolitis, bibendum est, atque currendum, sed qui voluerit etc. Basilius non aliter de eo loco sentit, dicens. Quam viam ad virginitatem ducentem, vult Christus, vt quisque eligat? Augustinus idem habet, dum inquit: Rem itaq; tam magnam non impero, nec impono, sed offero, nec quęquam cogo ad hoc, sed prouoco etc. Diuus etiam Martialis, vnus ex 72. discipulis ait. Ad virginitatem dominus nos inuitauit, dicens: Non omnes capiunt hoc verbum, sed qui potest capere, capiat. Gregorius Nazianzenus ait. Cùm verò audis. Sed quibus datum est, adde, datum quidem his, qui volunt, & qui assentiuntur. Euthymius idem, & longè diffusius, ac apertius docet. Iam verò, illud Christi: Si vis esse perfectus, vade, vende omnia quæ possides, & da pauperibus, ac sequere me, apertius docet abdicationem rerum nostrarum, ac earundē in commune collationem consuli solum à Christo non præcipi, quam vt negari possit à quoquam citra frontis iacturam. Nam roganti quid esset ei faciendum, vt vitam assequatur æternam, respondit. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quæ cum ille se seruasse dixisset omnia, à sua iuuentute, &

Basil. de uirginit.

Aug. To. 2. epist. 142.

Martialis epist. ad Tolosanos cap. 9.

Nazianz. orat. 30.

Consilium de paupertate. Matth. 19.

tute, & ſciſcitanti quid ſibi adhuc deeſſet, dixit Chriſtus: Si vis eſſe perfectus etc. oſtendens ad vitæ æternæ comparationem ſat eſſe, obſeruare præcepta Dei, ſed ad perfectionem vitę maiorem conciliandam opus eſſe vendere omnia ſua, & impartiri egenis. Quod conſilij acta apoſtolica teſtantur multos ſecutos eſſe, et Ananiam ac Saphiram eius vxorẽ, morte mulctatos fuiſſe, quod illud ſe facturos polliciti, non liberarint fidem. Cyprianus itaque dixit. Et cum obſeruata lege, perfectum, & conſummatum vellet oſtẽdere, inquit. Si vis eſſe perfectus, vende omnia, etc. Idem explicans orationem dominicam accuratius id docet. Hieron. non ſecus eundem locum explanat, his verbis. Sis vis perfecta eſſe, non tibi neceſsitatis iugum imponit Chriſtus, ſed poteſtati tuæ liberum concedit arbitrium. Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis, fac, quod fecerunt apoſtoli, vende omnia etc? Non vis eſſe perfecta, ſed ſecundum tenere gradum virtutis, dimitte omnia, quæ habes, da filijs, da propinquis. Nõ omnibus id, Si vis perfectus eſſe etc. dictum eſt, ſed his ſolum, qui perfecti eſſe velint, & ideo liberum eis relinquit. Denique idem Melanchthonis & eius notæ aliorum ſentẽtiam hac de re confutat, inquiens. Quod autem aſſeris eos melius facere, qui vtuntur rebus ſuis, & paulatim fructus poſſeſsionum pauperibus diuidũt, quam illos, qui poſſeſsionibus venũdatis, ſemel omnia largiuntur, non à me eis, ſed à domino reſpondebitur. Si vis perfectus eſſe etc. Ad eũ loquitur, qui vult eſſe perfectus, qui cũ apoſtolis,

Act. 4.
Act. 5.

Cypri. ſer. de eleemoſynis.

Cypria. in ora. dom.

Hiero. to. 3. quæſt. 1. ad Hedibiam.

Hier. li. 2 cõtra Iouinianũ.

Aduerſus Vigilant.

patrem,

patrẽ,rete,& nauiculã, dimittit. Pontius D.Cypriani diaconus in illius vita ait. Qui omne culmen geſtiens aſſequi chriſtianę religionis, perfectionẽ(quã Chriſtus,iuueni cõſuleti de vita ęterna deprompſerat) ſecutus omnẽ ſubſtantiã pauperibus erogauit.D.Irenæus ſuffragatur, inquiẽs: Ille autem,cum dixiſſet,omnia feci,& fortè non fecerat:nam vtique diceret ei, cuſtodi præcepta. Arguens Dominus cupiditatẽ eius,dixit ei.Si vis perfectus eſſe,vade etc.apoſtolorũ partẽ promittens illis,qui ſic fecerint.Hęc ille,indicãs mercedem quandã,haud vulgarẽ, datã apoſtolis fuiſſe, quod omnia reliquerint ſua,& ſimilẽ quoq; impartiẽdã eſſe eis,qui apoſtolos ea in re ſequerentur. Auguſt. doctè cum primis mihi videtur eum euãgelij contextũ expendiſſe, cũ dixit.Puto hũc arrogantius,quã verius, ſe mandata Dei ſeruaſſe reſpondiſſe. Veruntamen magiſter bonus mandata legis, ab iſta excellentiore perfectione diſtinxit.Ibi enim dixit.Si vis venire ad vitam,ſerua mãdata.Hic autem:Si vis perfectus eſſe, vẽde omnia,& da pauperibꝰ.Cur ergo negamus diuites,quãuis ab illa perfectione abſint,venire tamẽ ad vitã,ſi mãdata ſeruarint,& dederint,vt detur illis,dimiſerint,vt dimittatur illis? Ac paulo infra ait. Quibꝰ autẽ nõ ꝓuenit martyrij corona,neq; illius perfectionis de vẽditis rebus ſuis, conſiliũ, tam præclarũ,& tã grande receperũt, & à damnabilibus immunes criminibus, eſuriẽtẽ Chriſtũ pauerunt etc. nõ ſedebũt quidẽ cũ Chriſto iudicaturi,ſed ad ipſius dexterã ſtabũt,miſericorditer iudicãdi.Iterũ idẽ habet.Neq; illi ſoli,qui vt ſint perfecti

Irenæus li.4. c.26

Apoſtolorũ eximia merces.

Aug.li.ſolutionum quæſtioni bꝰ Hilarij datarũ,q. 3.& To.2 epiſt. 89.

Matth.19

Pauptas uolũtaria eſt ꝓfectio Auguſt.

Matth.19.

Li.de fide etc.ca.16.

perfecti vendunt, vel dimittunt omnia ſua, & ſequuntur dominum, pertinent ad regnum cælorũ, ſed & huic militiæ chriſtianæ, propter quoddam charitatis commercium, ſubiungitur etiam quædam ſtipẽdiaria multitudo, cui dicetur in fine. Eſuriui & dediſtis etc. Bonum erat, quod faciebant, qui de ſubſtantia ſua Chriſto, ac diſcipulis eius miniſtrabãt, ſed melius, qui omnem ſubſtantiam ſuam dimiſerunt, vt expeditiores eundem ſequerẽtur dominum. Hęc ille. Proſper non aliud hac de re credidit, vt qui ait. Expedit facultates eccleſiæ poſsideri, & amore perfectionis proprias contemni. Ambroſius accedit, inquiẽs. At verò cum iuuenis pręcepta legis ſe memoraſſet impleſſe, cõſilium ei datur, vt vendat omnia, & ſequatur dominum. Hęc enim non pręcepto imperantur, ſed pro conſilio deferuntur. Tam ne ſunt effrontes hęretici, vt horũ patrum contemnant ſententias, prę ſuis ipſorum? Omiſi vnam diui Hieron. ſentẽtiam, quę rem hanc perbellè diſſerit, ea ſic habet. Semper grandia in audientium ponuntur arbitrio, & ideò virginitatem apoſtolus non imperat. Si vis eſſe perfectus etc. Non tibi imponitur neceſsitas, vt voluntas conſequatur pręmium. Si vis ergo eſſe perfectus, & deſideras, quod prophetę, quod apoſtoli, ſi apoſtolicę dignitatis culmen aſſequi velis, ſi quod Chriſtus eſt, vende, non partem ſubſtantię, ne timor penurię infidelitatis occaſio ſit, & cũ Anania et Saphyra pereas, ſed vniuerſa, quę poſsides? da pauperibus, non amicis, non conſanguineis, non propinquis, non vxori, non liberis. Idem ad Heliodo-

Matth. 25

lib. de bono cõiugali, c. 36.

Proſper lib. 2. de vita contẽplatrice cap. 9.

Melanct. Ioan. Cal. Bulling. Hiero. ad Pammachium & Iulianum de obitu Paulinæ.

1. Cor. 7.

Matth. 19

Act. 5.

Heliodorum prouocans eum, ad ducendam vitam in ſolitudine, ait. Non eſt tibi eadem cauſſa, quæ cæteris, dominum auſculta dicentem. Si vis eſſe perfectus etc. Tu autem perfectū te fore pollicitus es. Nam cum derelicta militia, te caſtraſſes propter regna cælorum, quid aliud, quàm perfectam ſectatus es vitam? Quem latet Petrum dixiſſe? Ecce nos reliquimus omnia etc. & Chriſtum ei, ac omnibus, qui renunciarēt ſuis in vniuerſum, tum rebus, tum charis parētibus etc. eximiam quandam, & alijs præſtantiorem pollicitum eſſe mercedem? In quem locum Aug. differens, ait apoſtolos vouiſſe paupertatē, Adde his, quod Auguſtinus exiſtimârit Paulum cōſuluiſſe duntaxàt, vt vir fidelis vxorem ſuam infidelem non deſereret, modo ea citra Dei contumeliam cum eo voluerit habitare. Eo enim adducto, ac quod Paulus gratis euangelium prædicârit, cum alijs aliquot id genus, inquit. Hæc ſunt, quæ amplius erogantur ſaucio etc. Et ideo dicūtur non à domino præcipi, quantumuis à domino moneantur offerri, vt tanto intelligantur eſſe gratiora, quanto magis oſtenduntur indebita. Atq; rurſus loquens de retinēda vxore infideli à marito fideli, ait. Hoc eſt conſilium eius, cui credo dictum eſſe. Si quid ſupererogaueris, ego rediēs, tibi reddam. Idem quoq; alibi differēs de Paulo manibus laborante, & gratis euangelium contionante, inquit. Amplius ergo erogabat apoſtolus Paulus, qui ſuis (vt ipſe teſtatur) ſtipēdijs militabat. Audierat ſtabularius, ad quē vulneratus adductus eſt. Si quid amplius, erogaueris, in re-

Hiero. ad Heliodor. monachū.

Matth. 19

Aug. li. 17 cap. 4. de ciuit. Dei.

1. Cor. 7.

Aug. li. 1. ca. 13. & 14. de adulterinis coniugijs.

Luc. 10.

Aug. lib. 1. de ſer. do. in monte.

Luc. 10.

Lib. de opere monachorū c. 5. & li. 2. quæſt. euangelicarū, q. 19

deundo reddam tibi. Bónum Suſannæ in caſtitate coniugali laudamus, ſed tamẽ ei bonum viduæ Annę, ac multo magis Marię virginis anteponimus. Bonum erat, quod faciebãt, qui de ſubſtãtia ſua Chriſto, ac diſcipulis eius neceſſaria miniſtrabant, ſed melius, qui omnem ſubſtantiam dimiſerunt, vt expeditiores eundem dominum ſequerentur. Non ideò malum eſt inſtũ ſuſcipere, aut prophetam in domũ ſuã, quia nec domũ habere debet, vt quod melius eſt, faciat, qui vult ad perfectionem Chriſtum ſequi. Vt autem breuis ſim, qua fronte docẽt iſti, quibuſcum luctor, nullum opus Deo gratum eſſe, niſi quod idem ab eo ſit mandatum? An non enim Paulus ait, de virginibus præceptum domini non habeo, conſilium autem do? In quem locũ Hieron. ſic ſcribit. Vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt, vbi præceptum, neceſsitas eſt ſeruientis. Baſilius idem habet, dum inquit. Neq; in lege, neque in euangelio imperatur virginitas, ſed ſponte ſuſcipitur, ſuperans legem. Iouinianus (vt Auguſt. & Hieron. teſtantur) paria faciebat virginum, cœlibum, ac continentium meritis coniugum, merita, ab eis illo nomine hęreſeos dãnat. Sub hęc, quare dixit Paulus, ſe velle omnes homines eſſe ſicut ſeipſum, hoc eſt continentes, ſeu virgines, ſi id vitæ inſtitutũ coniugio non præſtet, tanquam magis idoneum ad Deũ colendũ? An non optat etiam Paulus, vt omnes ſint ſine ſolicitudine, & carnis tribulatione, quo melius Deo inſeruiant? An non idem teſtatur eundem, qui ſine vxore eſt ſolicitum eſſe de his, quæ ſunt domini, quo-

Aug. li. de bono coniugali c. 8

Matth. 10

1. Cor. 7.

Hiero. li. 1 cõtra Iouinianũ.

Baſil. li. de uirginit.

Aug. li. de hær. c. 82

1. Cor. 7. Chryſoſt. hom. 19. in 1. Cor. 7.

Hier. li. 2. cõtra Iouinianũ.

1. Cor. 7.

modo

modo placeat Deo, & contra eum, qui vxorem habet, esse circa eà solicitũ, quę sunt mundi, quomodo placeat vxori? Quòd inde attexit de muliere innupta, & nupta. Quę vitam cœlibem docent magis Deo placere quàm coniugatorũ. Diuersum non christiani est (vt ait Augustꝰ.) sed Iouiniani sentire. Sed id Pauli, quod gratis euangelium fuerit contionatus, cum facultatem dedisset illi Deus viuendi ex euangelio, expendamus paulò exactius. Ille enim locus abundè testatur Paulum, dum id fecerat, plus fecisse quàm lex Dei ab eo exegerat, vt per quam Dominus dederat potestatem euangelij preconibus victum sumendi ab auditoribus suis, qua ille vsus non est. Hinc Hieronymus inquit. Nunquid potes dicere eos peccare, qui viuunt de euangelio, & qui de sacrificijs participant? Non vtiq;. Dominus enim disposuit, vt qui prędicant euangelium, de euangelio viuant. Apostolus autem, qui hac non abutitur licentia, sed laborat suis manibus, vtique ideò hoc facit, vt plus laborans, plus aliquid mercedis accipiat. Prodeat iam in hoc certamen diuus Chrysostomus, qui sic accuratè hac de re scripsit, vt nemo accuratius. Ait enim. Quum sit benignus Dominus, multam præceptis suis instituit mansuetudinem, vt non solum ex præcepto, sed ex propria multa faciamus sententia. Etenim nisi ita voluisset, arctius instituere præcepta poterat, & dicere. Qui non semper ieiunat, puniatur: qui non seruat virginitatem, supplicio afficiatur: qui non omnibus suis rebus se exuit, pœnam luat grauissi-

1.Cor.9.

Augustꝰ. tract.122. in Ioan.

Matth.10. Luc.10. 1.Cor.9. 1.Tim.5.

Hiero. li. 2.contra Iouinianũ

Chrysost. hom.21.in 1.Cor.9.

mam. Verum nō ita ſanxit, tibi volens, ſi volueris, indulgere. Propterea, cum de virginitate diſſereret, dixit. Qui poteſt ſeparari, ſeparetur. Et diuiti quædam præcepit, quædam ſuæ permiſit licentiæ. Non enim dixit, Vende res tuas, ſed, Si vis eſſe perfectus, vende. Hæc ille doctè, ac piè, cum primis, vt Melanchthon ac eius notæ alij, indoctè, & impiè, diuerſa his docent. Idem exponens hæc verba. Nam ſi euangelizauero etc. ait. Quid loqueris, dic, quæſo, Paule? Si euangelizaueris, non eſt tibi gloria, ſed ſi gratis cōmunices? Igitur hoc, quā illud, maius eſt? Minimè, quoniam illud quidem præceptum eſt, hoc meæ voluntatis officium. Quæ enim ſupra præceptum fiunt, multam, ſecundum hoc dictum, mercedem conſequuntur, quæ autem ſub præcepto cōtinentur, non itidem. Itaque hac ſententia, inquit, hoc illo amplius eſſe, non ex ipſius rei natura. Quid enim prædicationi cōparari poteſt? Ea enim cum ipſis angelis certare facit. Verūtamen cū alterū quidē præceptum ſit, & debitum, alterum voluntatis promptitudo, ſecundum hanc rationem hoc illo maius eſt. Infra paulò inquit: Quæ igitur merces mihi erit? Vt euangelizans ſine ſumptu, ponam euangelium. Quid igitur, dic, quęſo, Petrus non habet mercedem? Et quiſnam vnquam haberet, quantam ille? Quid autē & reliqui apoſtoli? Qua igitur ratione, inquit. Si volens hoc ago, mercedem habeo? etc. Animaduertis in hoc quoq; loco ſapientiam Pauli. Non enim inquit. Sin inuitus, non habeo mercedem, ſed diſpenſatio mihi credita eſt, oſtendens, quod hoc quoque modo

Matth. 19

1. Cor. 9.

Varia ſūt præmia iuſtorum, cōtra Iouinianiſtas huius ætatis.

Opus indebitū nō præceptum.

merce-

mercedem habeat, ſed quantam, qui pręceptum ſeruat, non quantã ille, qui in ſuis gloriatur operibus, & præceptũ exuperat. Hęc Chryſoſt. Euaſit iam igitur perſpicuum ſatis, falli plurimum Ioan. Caluinum, Philippum Melanchthonem, P. Martyrem, Muſculum, & cęteros eius notę, cum improbârint opera ſupererogationis.

Reſponſio ſuccincta ad ea, quæ à ſectis, aduerſus opera indebita, & ſpontanea, vulgò opera ſupererogationis appellata, ſolent obijci.

IAM compendio ea diluẽda mihi ſunt, lector, quę obijciuntur à ſectarum autoribus, & ſtudioſis, inter quos non infimus eſt Philippus Melãchthon, qui hęc habet, vt alia id genus, non parum multa. Inſania illorum deteſtanda eſt, qui fingunt poſſe legi Dei ſatisfieri, imò addunt, poſſe amplius, & meliora fieri etc. Hę voces non ſunt humanę, ſed ſparſę à diabolo etc. Alibi ait: Finxerunt homines legi Dei ſatisfacere, commenti ſunt opera ſupererogationis. Quãta eſt iſtius hominis arrogantia? Quanta cęcitas & inſania? An non, dum hęc in literas retulit, Palam monſtrauit in cuius ſchola erat educatus, nimirum Lutheri, quem inſtituit (vt ipſemet fatetur) ipſe Satan? Patres, ferè omnes, viri pij cũ primis, & docti, in ſuis libris ſubnixi ſcripturarũ teſtimonijs, docuerunt homines multos obſeruaſſe Dei legem, atque quoſdã quoque plus aliquid ei addi-

In ſuis locis pa. 130

Li. aduerſus priuatã miſſam.

diſſe,& hunc fanaticum ardelionem non puduit dicere eam ſententiam eſſe inſaniã deteſtandam, eáſque ab ipſo diabolo fuiſſe diſperſas. Quæ eſt hæc inſania, ſi non ſit diabolica? Quis dehinc, non omnino inſanus, volet huic tam inſano fidem adhibere, vbi legerit ſemel hanc inſaniam? Atqui audiamus quæ contra hanc tamen piam ſententiam, ab alijs afferuntur, & ea diluamus.

Li. de vera reformãdæ eccleſiæ ratione. Ioannes Caluinus impetit hoc catholicum Eccleſiæ dogma, inquiens. Virginitas eſt mandata, & omnium rerum venditio à Deo, cùm dicit. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo etc. Item opera, inquit, ſponte ſuſcepta, damnantur, cùm dicitur: Fruſtra me colunt, docentes doctrinas, & mandata hominum. Haud aliter Philippus Melanchthon nugatus eſt, ſed vterque, more hæreticorum, ſat habuiſſe ea protuliſſe loca, & dixiſſe his damnari opera ſponte ſuſcepta, citra omnem probationem. Nec mirum. Nam falſa cum ſint & hæretica prorſus, probari nulla queunt ratione. Quod enim dicunt virginitatem eo mandato, Diliges dominum Deum etc. præcipi aduerſantur Chriſto, inquienti. Qui poteſt capere, capiat: vt quibus virginitatem ſolum conſuluit, quemadmodum ſupra eſt ſatis edoctum. Aduerſantur quoque Paulo, cùm ait: de virginibus autem præceptum domini non habeo, conſilium verò do. Tam ne cęci erant iſti, vt exiſtimarent Paulum fuiſſe ignarum illius mãdati, Diliges dominũ Deum tuum etc. ſeu neſcijſſe quęnam eo pręciperentur? Quid hoc aliud eſt, quod aſtruunt, quam facere Paulum, in

Matth. 22 Eſaiæ 29. Matth. 15. Melanct. de miſſa contra Eccium.

1. Cor. 7.

Ium, in quo Christus, ipsa veritas, loquebatur, aut insciũm illius præcepti, aut certè, quod peius est, mentitum esse, asserere? Quare diuus Augustinus lib. 1. de doctrina christiana cap. 22. explicans illud mandatum, manifestè satis ostendit, qui sit illius germanus sensus. Inquit enim: Diliges dominum Deum tuum etc. vt omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, ac omnem intellectum, in illum conferas, à quo habes ea ipsa, quæ confers. Cùm ait: Toto corde etc. nullam vitæ nostræ reliquit partem, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re velit frui, sed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit. Si ergo nulla re alia, quam Deo fruamur, id est, propter se diligamus, sed omnem rei cuiusque dilectionem, in Deum referamus, Diligimus eum ex toto corde etc. Rectè ergo Aug. alibi inquit. Qui præter te, domine, aliquid diligit, quod propter te non diligit, minus te diligit. Ad id. Frustra me colunt etc. respondere opus non est, quia ipsemet contextus docet palam Christum ibi repudiasse solum, leues quasdam & superstitiosas traditiones, qualis erat pharisaica illa de non comedendo cibos illotis adhuc manibus, atque impias quoque, quæ aduersentur Dei mandatis, ac per quarum obseruationem ea violẽtur. Quid hæc cõtra opera sponte susceptа, quæ dicuntur à veteribus theologis opera supererogationis? Doceãt hæc opera eiusmodi esse, (quod facturi sunt nunquam) ac cademus caussa.

Ioan. 14. 2. Cor. 13.

Lib. cõfes. cap. 29.

Esa. 29. Matth. 15.

Lib. ad cē suras Parisinorum theologorum.

Robertus Stephanus, Ioānis Caluini discipulus, abutitur illo prophetę loco, aduersus operū supererogationis defensores. Quis hęc requisiuit de manibus vestris? sed indoctè prorsus. Id enim dixit Deus contra Iudęos, qui sacrificia illi obtulerunt, animo planè impio, & scelerato. Cum is fidem potius, iustitiam ac misericordiam, quę illi

Esa. 1.

Matth. 23

erant aspernati (vt Christus eis impegit) quam bruta illa, & crassa sacrificia exegisset ab eis. Hoc autem ibi prophetam sensisse exordium eiusdem capitis planè docet, & verba proximè antecedētia ac subsequentia. Quamobrem locus ille perinde facit contra assertionem operum decalogi, atq; contra doctrinam de operibus supererogationis. Nam vt Deus spreuit sacrificia Iudęorum, quę ipse iusserat sibi offerri ab eis, quod impij fuerint ac improbi, sic nulla penitus opera absq; fide & animi probitate Deo possunt vnquā grata esse, vt quę absque ea mortua sunt & sine qua

Iaco. 2. Hebr. 11.

nemo potest Deo placere. Quid igitur citādo illū contextum contra opera supererogationis, aliud sibi lucrifecit Stephanus iste, quam quod suam ipsius deflendam nobis prodidit insciti am? Tantum quoq; lucratus est, quando illud eo detorsit. Quod pręcipio tibi, hoc tantum facito. Rechabitę enim (vt iam declaratū est) fecerūt, quę deus

Deut. 4. & 12. Hiere. 35.

non iusserat fieri, sed solus illorum pater. Abstinuerunt enim à vino etc. ac Deus illis eo nomine mercedem reposuit. Helias quoq;, Iesus Naue, Heliseus, Hieremias, Ioannes Baptista, Timotheus, Titus, Euodius, Clemens, virgines (vt tradit Ignatius, diui Ioānis apostoli discipulus) per-

Ignatius epist. 6.

stiterunt,

ſtiterunt, nunquam coniugati. Quibus adde Ioannem euangeliographum, Mariam Chriſti matrem, & alios plurimos, quos hiſtorię tradunt nunquam contraxiſſe nuptias. Nónne & iſti aliquid prȩceptis Dei addiderunt? An non prophetę ſua oracula adiecerunt Dei mandatis? An non Chriſtus, & eius apoſtoli eiſdem addiderũt plurima? Quamobrem de his accipiẽdum eſt, quibus vitientur, ac corrumpantur Dei mandata, quod genus erant Phariſęorum et Scribarum deuteroſes, & traditiones. Nam hi illis mandata Dei detorſerunt à natiuo ſenſu eorum, ideo Chriſtus Matth. 5. reſtituit ea ſuo nitori, ac germano intellectui. Ioãnes igitur Maxiẽtius ante annos 1040. rectè dixit. Tunc adiectio verborum vitãda eſt, quando non explanationem, ſed corruptionem, ſeu contrarietatem fidei operatur. Iulianus apoſtata (vt autor eſt D. Cyrillus) ſubnitebatur eo Deuteronomij contextu, quo probaret chriſtianos impiè agere, qui Moſaicæ legi addunt, imò additum potius, euangelium Chriſti, & nouum teſtamentum amplectuntur, atque cęremonias illas veteres ei ademerũt. Quocirca peritè, ac piè ſcripſit D. Baſilius. De his verò, quæ ſcripta ſunt, nulli facultas permittitur cuiquam, vel addere, quod prohibitum eſt, vel adimere, quod præceptũ eſt. Detorſit Robertus Stephanus hoc quoq; contra opera vltro ſuſcepta. Non faciet quiſque, quod ſibi bonum videbitur. Locus hic non extat cap. 32. Deutero. vnde iſte perperam citauit eum, ſed cap. 12. Nam ibi ſic habetur. Venietis & offeretis in loco iſto holocauſta, & victimas ve-

1. Cor. 7. *Conſilium do, hoc ille addidit Dei mandatis.*

Hiero. to. 2. contra Heluidiũ, ait. Virgo maioris eſt meriti, dũ id cõtemnit, quod ſi fecerit, non delinquit.

Cyril. li. 9 cõtra Iulianum.

Baſil. li. de monachorũ regulis cap. 13.

Deut. 12.

ſtras etc. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, ſinguli, quod ſibi rectum videtur. Cauet hic dominus, ne diuertat populus ad deorũ veneratione̅, & illis ſacrificet, ac iubet ſacrificia ſibi offerre ritu præſcripto, non eo, qui cuiq; rectus videbitur. Inſuper, qui vendit omnes ſuas opes ac facultates, diſtribuens precia egenis, qui ſe caſtrat, id eſt, qui deligit cœlibem vitam, ſeu nuncupat Deo votũ virginitatis, ſeu aliud quidpiam, facit vltro citra Dei mandatum, ille non facit (vt hic ſaltem cauetur) quod ſibi videtur, ſed quod Deo illa opera conſulenti. Nihil ergo conducit ille locus, Stephani dogmati ſtatuẽdo. Iam ſatis arbitror veritatem catholicæ eccleſiæ hac de re firmatam eſſe & ſtabilitatam, atq; dogma hæreticum cum eo depugnans abundè refutatum. Quamobrem te ſemel atque iterum oro, ac obſecro, candide lector, vt hinc meum laborem æqui boni conſulas, ac Deum ardentibus votis haud raro compreceris, vt velit, vel tandem ſuæ eccleſiæ miſertus, errones, & apoſtatas ad illam reuocare, quo conſopitis omnibus erroribus, liceat nobis vno animo, vnoq; ore eundem glorificare, cui omnis honor & gloria in ſeculum ſeculi.

Amen.

Matth. 19
Act. 4.
1. Cor. 7.

REFV-

REFVTATIO CRASSISSIMI, ET EXITIOSISSIMI erroris Ioannis Caluini, De Christi merito, & hominis redemptione.

VIDEO clarè videas, christiane lector, quam non sit fides vlla habenda Ioannis Caluini hæresibus, operęprecium existimaui me facturum, si compendio quodam tibi explicuero, quàm fœdè, & impiè is sit hallucinatus, in re ferè omnium maxima, nimirum in doctrina de merito Christi. Subtexam ergo illius verba apertè, quibus enarrare conabatur Christi ad inferos descensum. Ea sic habent. Nihil actum esset, si tantummodo corporea morte defunctus fuisset Christus, sed operæ simul precium erat, vt diuinę vltionis seueritatem sentiret, quo & ipsius irę intercederet, & satisfaceret iusto eius iudicio. Vnde etiam eum oportuit, cum inferorum copijs, ęternęque mortis horrore, quasi consertis manibus, luctari. Correctionem pacis nostrę illi impositam fuisse propheta docet, fuisse propter scelera nostra à patre percussum etc. Quibus significat in locum peccatorum, sponsorem, vadem, adeoq; instar rei submissum, ad depędędas, persoluędásq; omnes, quę ab illis expetendę erant, pœnas, hoc vno duntaxat excepto, quod doloribus mortis non poterat detineri. Ergo si ad inferos descendisse

Li. de institutione christiana symbolum apostolorũ enarrans.

Esa. 53.

Hic blasphemat.

Act. 2.

Qui uere christian⁹ queat hoc patienter legere?

disse dicitur, nihil mirum est, cum eam mortem pertulerit, quæ sceleratis ab irato Deo infligitur. Idem in suo catechismo sic habet. Christus non est commune tantum mortem, quę est separatio animę à corpore, perpessus, sed etiã dolores mortis, sicut Petrus vocat. Hoc autem nomine horribiles angustias intelligo, quibus eius anima constricta fuit, torqueri eum oportebat hac cõscientię anxietate, ac si à Deo derelictus fuisset, imò ac si Deum haberet infensum. In his angustijs erat, quando exclamauit. Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Secundũ naturæ affectum eo necessitatis erat redactus, Sustinui conscientiæ tormentum, quod ab eo, quo cruciantur peccatores quos Dei irati manus persequitur, in hoc differt, quod illud in Christo, temporarium erat, in his perpetuũ. Hæc ille impiè prorsus, ac contra plurimos scripturæ sacræ locos, vt mox palam fiet, vbi recensuerimus quædam alia eiusdem verba, quæ cum his ex diametro (vt dicitur) pugnant. Inquit enim. Hinccine possumus percipere quẽ fructum, ex Christi morte percipiũt fideles? Omnino. Ac principio, videmus esse sacrificium, quo peccata nostra expiauit coram Deo, atq; ita ira Dei placata, nos cum eo in gratiam reduxit. Deinde sanguinem eius lauacrum esse, quo animæ nostræ maculis omnibus purgentur. Mala, quæ illos Deo exosos reddebant, sanguine suo expiauit. An non pugnant ista inter se, nempe Christũ corporea morte nos non redemisse, et mala, quę nos Deo exosos reddiderunt illum suo sanguine, expiasse? Sed refellamus impiam eam Caluini

Act. 2.

O hominẽ blasphemium.

Matth. 27

O impiã ignorãtiã hominis.

In catechismo Io. Caluinus pugnat secũ aperte. In institutione, c. 7. de symbolo. 19. & 24.

uini ſententiam, nimirum Chriſtum nos non redemiſſe, ſi corporea tãtũ morte defunctus fuiſſet. Chriſtus inquit: Hic eſt ſanguis meus, q̃ pro vobis, & ꝑ multis effundetur in remiſsionẽ peccatorũ? An nõ videmus Chriſtũ tribuiſſe hic remiſſionẽ peccatorũ noſtrorũ effuſioni ſui ſanguinis? Idem quoq; dixit, iam pendens in cruce, cõſummatum eſt. Paulus quoq; ait: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionẽ, quę eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit deus propitiatorem, per fidẽ in ſanguine ipſius etc. Iuſtificati per ſanguinem ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Quis ergo non palam cernat, quàm manifeſtè, & fœdè lapſus eſt Ioan. Caluinus, ferens acceptam noſtri redemptionẽ pœnis, quas in inferno infimo cum ipſis dęmonibus eum perpeſſum commẽtus eſt? In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius. Pacificãs per ſanguinẽ crucis eius, ſiue quę in terris, ſiue quę in cęlis ſunt. An nõ hęc apertè refellunt quoq; craſſum & exitiabilẽ Ioan. Caluini errorẽ? Paulus enim ait nos fuiſſe redẽptos per Chriſti ſanguinem, effuſum è corpore eius in cruce, & iſte illud prorſus inficiatur. Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Quid itaq; opus erat Chriſtũ ad inferos deſcẽdere, vt pœnas illuc luens, nos redimat? D. Petrus accedit, inquiens. Non eſtis corruptibilibus, auro vel argẽto redẽpti, ſed precioſo ſanguine immaculati, & incontaminati Chriſti. Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo etc. Petrus et Ioãnes tribuũt hominis redẽptionẽ Chriſti corporeæ morti, in qua ſanguis

Matth. 26

Ioan. 19.

Rom. 3.

Rom. 5.

Epheſ. 1.
Coloſ. 1.

1. Ioan. 1.

1. Pet. 1.

Apocal. 1.
Apocal. 5.

ſanguis è corpore ipſius fundebatur, & hinc ab eo anima eius fuit ſeiuncta, ac Ioã. Caluinus vindex, ſi dijs placet, fidei labefactatę, ait nihil fuiſſe actum, ſi ille corporea ſolum morte defunctus fuiſſet. O craſſam inſcitiam. Paulus quoq; apertè pugnat aduerſus eam illius impiam doctrinam, cum inquit. In qua voluntate ſanctificati ſumus, per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti ſemel. Chriſtus eſt mortuus pro peccato. Chriſtus humiliauit ſe, factus patri obediens vſq; ad mortẽ, mortem autem crucis. Reconciliauit nos in corpore carnis eius per mortem etc. At quo feror? Cur perſequor infinita? Vt igitur ſemel finiam hanc diſſertionem. Quis mortuus meretur, cum Chriſtus ipſe dixerit. Me oportet operari opera patris mei, dum dies eſt, veniet antem nox, quãdo nemo poterit operari? Nõ igitur meruit quicquam Chriſtus poſt mortem ſuam? Fuiſſet ergo Ioan. Caluino longè conſultius veterum interpretationem, qua deſcenſum Chriſti ad inferos illuſtrauerunt, ſequi, quam tam indocta, & impia ſua ſomnia hinc eccleſię Chriſti legenda, & credenda obtrudere. Diuus Hiero. de eo Chriſti deſcenſu hęc ſcripſit. Terra mortuorum diripitur, atq; vaſtatur, quando morte Chriſti vinctę apud inferos animę liberantur. Rurſus in id Pauli: Quod autem deſcendit, quid eſt, niſi quia deſcendit in interiora terrę? Interiora terrę infernus accipitur, ad quem dominus, noſtérq; ſaluator deſcendit, vt ſanctorum animas, quę ibi tenebantur incluſę, ſecum ad cęlos victor adduceret. Vnde poſt reſurrectionem plurima ſanctorum corpora viſa

Hebr. 10. *1. Cor.* 9. *Philip.* 2. *Coloſ.* 1. *Hebr.* 9. *Ioan.* 9. *Hieron. in Oſee* 13. *Epheſ.* 4. *Vide Hieron. in id Zacha.* 9. *Tu in ſanguine teſtamenti tui etc.*

ſunt

ſunt in ſancta ciuitate. Idem habet ſæpe alijs in locis. Ambroſius idem ſenſit hac de re, inquiens: Chriſtus per corporis mortem penetrauit infernum, vt ſolueret alligatos. Vide eum in Rom. 5. Diuus Auguſtinus haud aliter de hoc indicauit, vt qui inquit. Mox, vt ſpiritum reddidit Chriſtus, vnita ſuę diuinitati anima, ad inferorũ profunda deſcendit, & electos inde extraxit. Ero inquit, mors tua ô mors, & morſus tuus, ô inferne. Is electis erat mors mortis, mortemque funditus occidit, & quia ex inferno partem abſtulit, partem reliquit, non occidit funditus, ſed momordit infernum. Damaſcenus de hoc agit, oſtendens id ex ſcripturis, ſatis dilucidè. Leo ille primus eius nominis papa, vir inſigni eruditione, ac pari vitę, morumque candore, orbi chriſtiano commendatus, ſic quoque conſerit manus cum Ioanne Caluino. Propter quos ad inferna deſcendit, eóſque in cœleſtibus collocauit. Hoc ipſum eſt, quod Paulus ait, Chriſtum expoliaſſe principatus, & poteſtates etc.

In Matth. 11. & in Epheſ. 1. Ambroſ. ſer. 19. in Pſal. 110. Vide eum in Ro. 5. et Epbe. 4. Aug. to. 10 ſer. 137. de tẽpore. Damaſ. li. 3. ca. ult. Leo ſer. 5 de natali. Coloſſ. 2.

Diuus Cyprianus idem prodidit, inquiens: Chriſtus deſcendens ad inferos, captiuam ab antiquo captiuitatem reduxit. Et omnino conuenit, vt eo tempore, quo Chriſtus captiuos reduxit ab inferis, reconciliati peccatores ad eccleſiam reducantur etc. Diuus Ignatius nõ aliud habuit perſuaſum, de eo fidei articulo, quippe qui hęc ſcripſit. Deſcendit Chriſtus in infernum ſolus, aſcendit verò cum multitudine. Errauit ergo Ioannes Caluinus ab hoc fidei Ieſu Chriſti articulo, contra hanc ſcripturam, Zacha. 9. Tu quoq;

Cypri. ſer. de chriſmatis unctione. Tempore Paſchæ. Ignatius epiſt. 2.